Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

N.II.32

CONFINED

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

—

Ex Libris
EDUARD FRAENKEL
Corpus Christi Professor of Latin, 1935–53

—

1970

Eduard Fraenkel
1936

# CENSORINI

# DE DIE NATALI LIBER

RECENSUIT ET EMENDAVIT

OTTO JAHN.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI
1845.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

**IMMANUELI BEKKERO**

DIEM NATALEM SEXAGESIMUM PRIMUM

GRATULATUR

D. XXI. MAII

OTTO JAHN.

# PROLEGOMENA.

Censorinus quo tempore vixerit non potest esse dubium, cum ipse tradat librum de die natali conscriptum esse olympiadis CCLIIII anno secundo (p. 56, 6) sive Ulpio et Pontiano conss. (p. 63, 16) i. e. ab u. c. DCCCCXCI, p. Chr. n. CCXXXVIII: praeterea autem nihil de vita eius constat. A Prisciano (I, 4, 17 p. 545) doctissimus artis grammaticae vocatur, et inter nobilissimos grammaticos, qui suis saeculis honoris decus habuerint, cum Palaemone, Phoca atque Probo numeratur a Cassiodoro (de arte gram. 1). Scripsit librum de accentibus, de quo ita refert Cassiodorus (de musica in fine p. 576): „Censorinus quoque de accentibus voci nostrae adnecessariis subtiliter disputavit, pertinere dicens ad musicam disciplinam, quem vobis inter ceteros transscriptum reliqui.“ Hoc libro usus est Priscianus, qui Censorinum de accentu praepositionum testatur planissime docere in libro, quem de accentibus scripserit (XIV, 1, 6 p. 978), et vero altero loco (XIV, 4, 40 p. 993) haec affert:

„Quod Censorinus quoque de accentibus approbat, sic dicens: *Super praepositio est apud*

*Vergilium in I Aneidos: Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa; Salustius vero in historiis adverbium hoc protulit: Ubi multa nefanda casu super ausi atque passi.* Sed mihi videtur Salustius quoque loco praepositionis hoc praepostere protulisse, sed Vergilius in II Aeneidos: *Satis una superque Vidimus excidia* adverbium sine dubio in hoc loco accepit. Idem Censorinus hoc etiam subiungit: *Post, praepositio, Vergilius in III georgicon: Post montem oppositum. idem in I Aeneidos adverbium: Post mihi non simili poena commissa luetis. Ante praepositio in I georgicon: Ante Iovem nulli subigebant arva coloni; at in III Aeneidos adverbium: Ante et Trinacria lentandus remus in unda. Supra praepositio, Vergilius in V Aeneidos: Olli caeruleus supra caput adstitit imber; adverbium, Salustius in Iugurtino: Pauca supra repetam. Contra praepositio apud Vergilium in VIII: Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam; idem adverbium in II georgicon: Contra non ulla est oleis cultura. Prope praepositio, Vergilius in VIII Aeneidos: Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem; adverbium, Terentius in Andria: Prope adest cum alieno more vivendum est mihi,*

*Ultra praepositio apud Salustium in Iugurtino: Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere; adverbium, ut: Lego assidue nihil ultra faciens.* Haec Censorinus ut supra dixi de accentibus tractans." Praeterea Priscianus bis laudat Censorinum ubi de litteris agit (I, 4, 16 p. 544): „Auctoritas quoque tam Varronis quam Macri teste Censorino nec K nec Q neque H in numero adhibet litterarum;" et paulo post (I, 4, 17 p. 545), ubi suam sententiam exposuit, I et U quamvis unum nomen et unam habeant figuram tam vocales quam consonantes, tamen non esse pro eisdem elementis accipiendas, addit: „quamvis et Censorino doctissimo artis grammaticae idem placuit." Haec ex quonam Censorini opere desumpta sint accuratius definiri nequit.

Ad nos pervenit illustre volumen, ut ait Sidonius Apollinaris in epistola ad Polemium carmini XIV praemissa (p. 114), quod de die natali ad Q. Cerellium *) scripsit, de quo viro praeter laudes eximias in eum a Censorino conlatas nihil omnino con-

*) Cerellii nomen legitur in inscriptionibus apud Gruter. CCXLI; Murat. MDCLV, 1, 2; CXCVI, 1. Doni X, 90; Kellermann vigil. V, 1, 72. Cerelliae Gud. ind. CVIII. Murat. MCCCXXI, 10; 11. Caerellii Gruter. CCCLXXIX, 7; MXLI, 14; MCXXX, 6; MCXXXIX, 13; Gud. LI, 9; CXVIII, 2; CCCLIII, 14; Murat. DVIII, 1; MCCLVI, 2; MCCCXVI, 8; Osann. ad Apul. p. 50. Caerelliae Grut. MCXL, 2; Murat. MCCCXVI, 8.

stat. Utilitatem huius libri valde praedicat Cassiodorus, qui in libro de musica (p. 573): „Invenimus," ait, „etiam Censorinum, qui ad Q. Cerellium scripsit de natali eius die, ubi de musica disciplina vel de alia parte mathesis non negligenda disseruit, quoniam non inutiliter legitur, ut res ipsae penetrabilius animo frequenti meditatione condantur." Igitur quod Censorinus (p. 23, 15) musicam vocat scientiam bene modulandi, statim in rem suam vertit Cassiodorus, idemque in libro de geometria (p. 577): „Censorinus," ait, „in libro, quem scripsit ad Q. Cerellium, spatia ipsa caeli terraeque ambitum per numerum stadiorum distincta curiositate descripsit, quem si quis recensere voluerit, multa philosophorum mysteria ubi legerit agnoscet" (cf. Censor. p. 31, 13 sqq.). Et vero postea quoque apud doctos viros semper Censorino mansit laus accuratae doctrinae et optimae fidei, inter quos si Ios. Scaligeri et Ideleri magna nomina adhibuero, omnibus satisfactum erit. Neque nos possumus quin grati agnoscamus, rerum atque scriptorum haud paucorum notitiam nobis tradidisse solum aut prae ceteris Censorinum, quamvis hoc eius meritum minus sine dubio foret, si nobis ad ipsius fontes vel potius fontem primarium redire liceret. Non potest enim dubium esse, quin Varro is auctor sit, quem ubique fere secutus est Censorinus, cuius cum saepissime ipse mentionem faciat, tum aliis locis hodieque probari potest eum Varronis auctoritate usum esse et ex doctissimi viri ingentibus divitiis copiolas

suas derivasse *). Illud quoque quibusdam locis facile intellegi potest, Censorinum eos scriptores, quorum testimonia affert, nec ipsum legisse, neque eorum accuratam notitiam habuisse, sed alium antiquiorem scriptorem, qui eos adhibuerat, secutum esse. Ita apud Platonem legi affirmat (p. 24, 15), quae in eius libris non leguntur, Hipponem confundit cum Hippaso (p. 13, 9), ut appareat, Aristoxenum, cuius auctoritate ibi utitur, ab ipso inspectum non esse; de Democrito refert discrepantia ab iis, quae alii scriptores tradunt (p. 14, 13. 16, 1), ubi dubitandi certe locus est, a quonam error commissus sit, et quae de Aphrodisii (p. 57, 5) et Timaei (p. 63, 5) testimoniis monita sunt, suspicionem de Censorini errore aut neglegentia movent. Mirum id quoque est, Linum (p. 55, 16) post Heraclitum commemorari; nam illud quidem nimis subtile videtur, hac ratione indicari, Lini quae ferebantur carmina post Heracliti tempora esse composita. Neque scripsisset profecto (p. 18, 12): „quorum omnium consensus Euryphonem Gnidium non deterret id ipsum intrepide negantem," si meminisset, Euryphontem **) antiquiorem fuisse, quam omnes fere auctores, quos nominaverat. Atque hic quidem apertum est, Censorinum maxime studio indulsisse, quod

*) Cf. adnotat. p. 6, 10. 9, 4. 14, 2. 55, 16. 69, 7. 70, 1, 18. Neque dubito, quin alia inveniri possint ex Varrone petita praeter ea, quae a me indicata sunt.

**) Eius mentionem facit ex Stobaeo Photius bibl. cod. 167 p. 115 Bk.

per totum libellum prae se fert, quaesita sermonis elegantia et rhetorico artificio hasce ex philologis commentariis delectas quaestiunculas (p. 4, 17) ita exornandi, ut dignae essent quae viro tantis eloquentiae laudibus celebrato (p. 41, 3) natalicii titulo mitti possent. Et longe sane distat haec elegantia, quae nobis quidem nimia videtur et affectata, ab grammatica exilitate, quam in fragmento supra allato animadvertere licet.

Hic Censorini libellus mutilatus legebatur iam in eo codice, ex quo omnes derivati sunt libri manu scripti, quos hodie habemus. Quamquam enim a nemine observatum est finem libro deesse, id tamen iis, quae p. 72 monita sunt, satis probatum est. Ita potest explicari, qui factum sit, ut alius cuiusdam scriptoris libellus in capite mutilus in omnibus codicibus tanquam pars cum Censorino coniunctus reperiatur. E codice enim archetypo casu quodam exciderant folia aliquot, in quibus finis libri de die natali et initium alterius illius scriptum erat, quod librarii non animadverterunt, ut neque a primis editoribus intellectum est. Sed postquam Carrio fragmentum hoc separavit et ab alio auctore profectum esse pronuntiavit, nemo, puto, inventus est qui de hac re dubitaret praeter Barthium. Is enim olim se probaturum esse promisit (Advers. LI, 24. ad Claudian. Mamert. p. 340), Censorini hoc esse fragmentum *).

*) Breviter Bährii errorem noto, qui cum in historia litterarum Romanarum (II p. 465) recte a Carrione hoc frag-

Quantum desit initio et quaenam res ibi tractatae sint non potest ex iis concludi, quae legimus p. 82, 8: „Poterat finem liber plenus omnibus necessariis iam videri consecutus," id tantum inde sequitur, deesse quaedam.

De auctore huius fragmenti et de tempore eius ne coniecturam quidem capere possum, neque de ea re certum iudicium habeo, quid hoc libro voluerit auctor, quaenam sint necessaria illa, quibus plenum esse librum suum praedicat. Illud quoque mirum, quod, cum scriptor promiserit tantum se de numeris mensurisque pauca dicturum (p. 82, 11), hisce absolutis etiam de musica et metrica non monito lectore agat. Ceterum hoc fragmentum, quod misere corruptum in codd. legitur, praeter multa vulgaria atque inepta haud pauca tamen continet aliunde non nota, quae satis probant, scriptorem fontibus antiquioribus usum esse. Atque hic statim animum advertit consensus, quem inter huiusce libelli et scholiorum Germanici quasdam partes observamus (p. 76, 10. 80, 4). Qui consensus talis est, ut nisi alter ex altero descriptus est, uterque eodem certe fonte usus sit. Hoc ut magis verisimile habeam facit, quod scholiorum atque huius fragmenti auctor cum iis, quae utrique communia sunt, alia atque diversa coniungunt, id quod eo ducere videtur, ut uterque ex eodem uberiore

mentum a Censorini libro disiunctum esse indicasset, statim attulit Censorini fragmenta de metris et de geometria, ea scilicet, quae in hoc nostro fragmento leguntur.

fonte partim eadem partim diversa in usum suum vertisse putandus sit. Verum de hac re certi aliquid non potest proferri, antequam dificillima de scholiis Germanici eorumque auctore quaestio accuratius pertractata fuerit. Id quidem haud dubium esse videtur, quin scholia illa ex Graecis scholiis Arati traducta sint; sed quonam tempore id factum sit, id in hac scholiorum diuturno scholarum usu misere interpolatorum condicione haud facile diiudicari potest. Accedit huic causae, de qua agimus, alia quaedam difficultas. Nam ei scholiorum parti, cuius cum nostro scriptore consensum notavimus, nihil quod conferri possit legitur in Graecis Arati scholiis, et vero apographo, quod ad codicem Puteaneum scholiorum Germanici N. Heinsii manu factum bibliotheca regia Berolinensis servat, haec omnia desunt. Itaque horum origo magis etiam incerta esse videtur.

Quae sequuntur de geometria capita, ea ex Euclide translata sunt, ita quidem, ut cum aliis quibusdam versionibus non congruant, neque ex iis descripta esse possint.

Quae tum de musica traduntur, ea maximam partem ex antiquioribus fontibus hausta esse apparet. Probat hoc iam poetarum aliorumque scriptorum quorundam commemoratio, qui minus noti fuisse videntur, quam pro huius scriptoris doctrina. Tum illa quae de Rhythmonio, Hymenaeo, Periclymeno et Perimede (c. 10) et postea de Hypate, Mese atque Nete Musis (p. 90, 6), de Apolline (p. 90, 15) de eius et

Paramesae nymphae filio Lycoro (p. 91, 1) narrantur, quamvis inepta, tamen ad Graecos auctores referenda sunt, et fortasse Nicocrates ille (p. 87, 8) omnes hasce fabulas tradidit.

Denique quae de metrica disputantur ab antiquiore auctore petita esse, vel inde verisimile est, quod tragicorum antiquorum versus haud paucos hic solus servavit, neque scriptorem Lucano recentiorem adhibet. Eum auctorem Caesium Bassum esse Lachmannus suspicatur, qui alibi accuratius de hac re dicturus est.

Quod supra dixi, codices Censorini hodie superstites ex uno eodemque codice derivatos esse, id non eo solo, quod dixi, argumento constat, verum praeterquam quod codices in lectionibus lacunis atque interpolationibus prorsus fere consentiunt, omnes etiam folia quaedam in antiquo illo codice perverse disposita pravo hoc ordine descripta servarunt. Quod cum primum animadvertisset Carrio, maximam quidem partem recte transposuit, omnem vero confusionem nondum sustulit, quod nunc tandem factum est. Etenim in codd. omnibus legitur

p. 14, 6 *visum est * quae dissensio * definite se scire Alcmaeon* cett.

tum: p. 17, 7 *futurum * de confirmatione autem partus nihilo minus **

post quae statim sequuntur

p. 35, 9 *in prima hebdomade* — p. 46, 13 *frequentes*

deinde

p. 17, 8 *superest dicere* — p. 35, 9 *cognoscere datur*

quae excipiunt

p. 46, 14 *ait enim temporum* cett. usque ad finem. Iam illud recte intellexit Carrio, folia illa p. 35, 9 - 46, 13 et p. 17, 8 - 35, 9 transponenda esse, confusionisque causam haud improbabilem invenit in vv. *ait enim;* scripsit enim altero loco p. 35, 9: *cognoscere datur. ait enim in prima hebdomade,* altero autem p. 46, 13: *frequentes. At enim temporum.* Verum non perspexit, hac ratione rem nondum prorsus esse persanatam. Itaque primum verba *de confirmatione autem partus nihilo minus,* quae codd. p. 17, 7 contra sensum addunt, delevit, alterum autem locum p. 14, 6 qui ita in codd. legitur:

*visum est. Quae dissensio definite se scire Alcmaeon confessus est, ratus neminem posse perspicere quid primum in infante formetur*

ita emendasse sibi visus est, si vv. *quid primum in infante formetur* deleret, quasi lemma inutile, et pro vv. *quae dissensio* scriberet *quae disserens.* Haec quam sint futilia non opus est monere. Et illud quidem statim vidi, vv. *de confirmatione autem partus nihilo minus,* quae p. 17, 7 ferri non possunt, locum suum habere p. 14, 6 et retinenda esse vv. *quid primum in infante formetur:* sed molestiam mihi crearunt vv. *quae dissensio,* quibus quid faciendum esset assequi non potui. Tum vero docuit me Lachmannus haec verba pertinere ad p. 46,13 et reponenda esse ubi Carrio haud recte *at enim* posuit. Et iam totius confusionis ratio aperta est.

Etenim vv. ***ait enim*** et ***quae dissensio*** cum initio ***custodis*** loco, quem typographi dicunt, imae paginae subscripta fuissent, ubi haec folia locum suum mutaverunt, iis quae praecedunt annexa sunt. Neque in hoc substitit confusio. Nam ita vv. ***quae dissensio*** in codd. inveniri deberent non p. 14, 6, sed p. 17, 7, ubi nunc leguntur vv. ***de confirmatione autem partus nihilo minus***, quae rursus p. 14, 6 locum suum postulant. Haec igitur novo quodam errore inter se transposita sunt *).

Quae res cum certissima mihi videatur, non dubitavi scriptoris verba in rectum ordinem transposita exhibere. Utinam licuisset etiam lacunas permultas maiores minoresve, quibus Censorini liber deturpatus est, explere. At mihi potius longe plures lacunae indicandae erant, quam antea factum est ab editoribus, qui saepe eas aut non animadverterunt, aut incertis coniecturis explere conati sunt, a quibus prorsus abstinendum putavi, magnum asteriscorum numerum, quibus lacunas indicavi, nihil reveritus **). Contra neque interpolationes desunt a librariis temere

*) Cf. p. 34, 1 ubi D repetit ea, quae p. 32, 1 leguntur. Etiam p. 39, 7 versus unus transpositus est in codd., et p. 89, 5 aperte quaedam loco suo mota leguntur.

**) Cf. p. 11, 5. 36, 4. 39, 8. 46, 6. 47, 2; 4; 8. 49, 9. 52, 6; 17. 62, 20. Et in fragmento p. 88, 9. 94, 8. 95, 6. 99, 4. Quibusdam tamen locis ubi verbum unum certo restitui posse videbatur id addendum putavi, e. c. v. *quam* p. 3, 2. *sunt* p. 16, 7. 62, 19. *est* p. 16, 19. *et* p. 20, 11. 75, 10. 91, 2. *qui* p. 24, 14. *tubicine* p. 30, 1. *ludos* p. 49, 7. *quam* p. 58, 10. *numerant* p. 64, 12. *in* p. 77, 1. adde p. 83, 2. 84, 12; 13. 85, 9. 95, 8. 96, 16.

adiectae, quas ubi codd. nostri omnes agnoscunt, nolui removere, sed uncis tantum inclusi, quam rationem maior minorve diversis locis certitudo aut veri similitudo suadere videbatur *). Vel hic consensus docet, ut supra iam monui, eos codices qui nunc exstant ex eodem archetypo derivatos esse.

Codices vero, qui in notitiam meam venerunt, hi sunt.

Codex olim Coloniensis nunc in bibliotheca Darmstadiensi servatus, n. 166 catal. Hartzheimiani. Hic codex omnium antiquissimus scriptus est litteris uncialibus in membranis maximae formae seculo septimo. Post Consultum Fortunatianum atque Marium Victorinum legitur Censorinus cum fragmento foliis XXX (232–262). Librum pretiosum quam potui accuratissime contuli cum editione Lindenbrogii secunda a. 1642, quamquam postea vidi me in rebus orthographicis non omnia ea qua par erat diligentia enotasse. Neque supplevit hunc defectum altera eiusdem codicis collatio, quam non petenti postea misit Federus, a Walthero, bibliothecae secretario factam: sed tamen pergratum mihi hoc munus fuit, nam eius ope factum est, ut de lectione codicis nunquam dubitare possim, et affirmare audeam praeter orthographica quaedam omnes codicis lectiones adnotatas esse. Codice Coloniensi usus est Ludovicus Carrio, sed admodum neglegenter, ita ut editio eius, quae Lu-

*) Cf. p. 3, 11. 10, 7. 12, 6. 37, 15. 38, 23. 42, 19.

tetiae a. 1583 prodiit, Lugduni a. 1593 repetita est, verba scriptoris longe minus emendata exhibeat, quam huius codicis ope fieri potuit. Quamvis enim typographus in excudendo libro admodum neglegenter versatus sit, de qua re Carrio iure queritur (emendd. II, 1), ipse tamen neque accurate codicem excussit, cuius paucas tantum in fragmento lectiones protulit, neque scite corrupta emendavit. Longe diligentius hoc libro usus est Franciscus Modius, qui in novantiquis lectionibus totum fere Censorinum ad librum mire antiquum, quo in Ubiis ab eruditissimo et amicissimo Melch. Hittorpio theologo usus erat (ep. 35 et 82), recensuit *). Qui cum in permultis locis lectionem codicis restituendam esse recte viderit, non tamen hoc putavi adnotandum esse, sed iis tantum locis, ubi coniectura Censorinum tentavit, mentionem eius feci. Praeter eum etiam Ianus Guilielmius (verisim. III, 5. 6) et Stewechius (ad Veget. p. 221) hunc codicem commemorant. Longe diversus ab hoc est codex mstus Coloniensis, quem Casp. Barthius (adv. XVIII, 14) apud Ubios in possessione Michaelis Mascerelii se vidisse et cum editione Merulae contulisse narrat. Quas ex hoc libro lectiones attulit in adversariis (XVIII, 14. XXVII, 19), eae cum mire a ceteris codicibus discrepent, suspicionem movent, fictum esse codicem a Barthio, quem a tali fraude haud alienum fuisse notum est.

*) V. novantt. lectt. ep. 6. 14. 27. 35. 42. 47. 56. 67. 82. 89. 125.

Proximum locum et antiquitate et bonitate poscit codex bibliothecae Vaticanae n. 4229 in membranis formae quadratae binis columnis optime scriptus seculo decimo, quem cum Gruberi editione a. 1810 contuli. Continentur hoc libro praeter Censorinum, qui primo loco scriptus est et cum fragmento XXXI folia complet, Praecepta artis musicae collecta ex Sex.... Aūg de musica. Sermo. Plauti Aulularia. Iulii Paridis epitome Valerii Maximi (v. Maii collect. nov. III p. XXI sqq.). Pomponii Melae de chorographia libri tres (v. Pressel. N. Rhein. Mus. II p. 153). In primo folio notatum est: *Emptum ex libris Card. Sirleti* *). Hic idem est, cui Aldus Manuccius, Paulli f., Aldi n., editionem suam Censorini, quae Venetiis a. 1581 prodiit, inscripsit. Neque tamen hoc codice usus est. Nam quod de se praedicat, *Contuli unum exemplar cum multis aliis, quae sunt apud me,* id adnotationes de editionibus antiquis intelligendum esse docent. Unus tantum „antiquus liber" codex manuscriptus esse videtur (m), is tamen diversus a codice Vaticano et longe inferioris notae. Manutius ipse autem quaedam haud male correxit, et permultas partim optimas coniecturas attulit Ioannis Cauchii **) quas nescio unde sumserit.

Codex Gorlicensis bibliothecae Milichianae, n.

*) Cf. Blumii Iter Italic. III p. 68. IV p. 276.

**) V. Burmann. ad Valesii emend. p. 117. Roth. ad Aemil. Probum p. 246.

144, chartaceus forma quadrata seculo XV scriptus, cuius varias lectiones accuratissime a se enotatas mecum communicavit Maur. Hauptius.

Codicis in bibliotheca Leidensi inter Vossianos historicos formae quadratae n. 11 servati, a recenti manu scripti, lectiones in editione Haverkampiana editae sunt. Eundem esse suspicor, cuius lectiones margini editionis adscriptae sunt, quae ex bibliotheca Uffenbachiana (v. bibl. Uffenb. III p. 36 n. 233) in Dorvillianam pervenit. Nam utriusque codicis lectiones saepissime inter se conspirant; ubi discrepare videntur, plerumque quidem ex altero lectiones adferuntur, de altero tacetur, ut fit in codicibus non accurate conlatis; non nisi rarissime ex utroque diversa lectio enotata est, qui error sane facilis est. Eidem editioni Ianssenius ab Almeloveen lectiones paucas codicis cuiusdam, tum suas et Iosephi Scaligeri coniecturas quasdam adscripsit *). Haec omnia transscripta sunt in exemplar editionis Lindenbrogianae secundae, quod in bibliotheca Hamburgensi exstat, cuius usum Christianus Petersen mihi concessit. Scaligeri emendationes descripsit G. I. Vossius, cuius exemplar bibliotheca Leidensis habet, v. Burmann. ad Valesii emend. p. 118, cl. Rutgers. lectt. Venus. c. 3.

Codicem Vaticanae bibliothecae n. 4498, membranaceum, sec. XIII aut XIV, contuli accurate in

*) Fortasse ex hac editione petita sunt excerpta librorum scriptorum, quae Wesselingius habuit (obss. II, 13).

quattuor primis Censorini capitibus, deinde quibusdam locis inspexi.

Codicis Pithoeani quasdam lectiones in fragmento affert Carrio, sed in eo Censorini quoque librum fuisse docent Scaliger (de emend. temp. p. 50) idemque Carrio (emendd. II, 1), quo loco cum de collatione Pithoeana loquatur, fortasse editio intelligenda est cum codice quodam conlata.

In bibliotheca Bernensi exstat exemplar editionis Mediolanensis a. 1503, quod manu Petri Danielis correctum et suppletum est, idque quantum videre licet e codice manu scripto. Eodem referenda videtur epistola quaedam Eliae Vineti ad P. Danielem scripta, quae in codice eiusdem bibliothecae n. 141 inter alias centesima quadragesima quinta legitur.

„Bourdeaus le 20 Mars 1578. Monsieur, i'ai este fort ioieus, quand i'ai entendu par voz lettres que vostre Censorinus vous avoit este rendu. Pour ce que mon paquet demeuroit par les chemins plus qu'il ne deuoit, i'ai un temps eu bele peur, qu'il fust perdu. mais Dieu soit loué."
Cum Vineti editio, qua uti non potui, anno 1568 iam prodierit, de secunda fortasse cogitavit et Danielis libro ad hanc adornandam usus est.

Denique commemorandi sunt duo codices, quorum alter Viennensis membranaceus, sec. XII scriptus, Censorini caput XIII continet, cuius lectiones intercedente amicissimo Schubartio mihi eno-

tavit Eichenfelderus. Alter Bernensis est membranaceus forma maxima scriptus anno MIIII, qui ultimo folio habet fragmenti c. V–VIII, supra scripto titulo: *Ex libro Censorino de geometrica.* Qui in errorem induxit Sinnerum (catal. I p. 297 sq. cf. Seebodii bibl. crit. a. 1829 n. 61), ut hoc ineditum fragmentum ex Censorini libro aliquo deperdito esse putaret. Varias lectiones ipse enotavi.

Post Carrionem a nullo editorum critica arte Censorinus tractatus est *). Lindenbrogius duabus editionibus a. 1624. 1642 enim ad explicandum scriptorem multa quidem corrasit, ad emendandum nihil contulit. in editione Cantabrigiensi a. 1695 nihil accessit praeter virorum quorundam doctorum conlectas coniecturas; in editione Haverkampiana a. 1743 variae lectiones codicis Leidensis tantum additae sunt; Goetzius (a. 1742. 1744) autem et Gruberus (a. 1805. 1810) verba scriptoris turpi neglegentia depravarunt. I. A. M. Nagelii programma loca quaedam Censorini emendans, quod Altorfi a. 1759 Gruberus, a. 1729 excusum esse Schweigerus tradit, in Gruberi editione repetitum legitur.

*) Erycii Puteani editionem a. 1628, quam Fabricius et Schweigerus laudant, non vidi. Scripsit is anno 1642 ad G. I. Vossium: *Ausus amoenitatis causa etiam Censorini de die natali librum explicare* (G. I. Voss. epp. 345, II p. 260). G. Vossii filii emendationes in Valerium Flaccum et Censorinum propediem lucem visuras esse scribit a. 1637 pater (epp. 303 I p. 327), quod an factum sit nescio. Etiam Ianum Rutgersium de edendo Censorino cogitasse docet Casauboni ad eum epistola (840 p. 506): *In Seneca et Censorino nihil te possum adiuvare.*

In fragmento emendando operam posuit etiam Nunnesius, cuius notae editae sunt a Schotto post observationes humanas. De metrica capita leguntur etiam apud Putschium (gramm. auctt. ant. p. 2723 sqq.) et Gaisfordium (scriptores Lat. rei metr. p. 404 sqq.).

Qua via mihi incedendum esset non potuit dubium esse. Codices D et R enim soli auctoritatem habent; nam quamvis multis et foedis mendis inquinati sint, tamen si paucos locos excipias satis fideliter descripserunt librarii quod in codice archetypo legere sibi videbantur; quo factum est, ut plerumque etiam in vitiis vel prorsus consentiant, vel ita discrepent, ut communis erroris fons neminem fugere possit. Neque tamen R ex ipso D descriptus esse potest, ita ut uterque unius codicis loco haberi debeat. Nam D quamquam longe antiquior et ceteroquin egregius est, tamen a librario haud ita diligenter scriptus est, quin multa prave scripta habeat, quae in R emendate leguntur; contra codicis R librarius aliis in locis peccat, maxime omittendis vocabulis *), rarius interpolationibus addendis **). Ceteri codices parvi sunt momenti; nam praeter quam quod erroribus scatent, quales in recentioribus libris inveniri solent, haud raro librarii dum ea, quae non intellegunt, emendare conantur, ultro depravarunt. Quare si quando bonam lectionem habent, quam DR non

*) V. p. 5,10. 36,2. 42,1. 62,9; 10. At p. 52 D omittit v. patri, quod R agnoscit.

**) Cf. p. 5, 2. 42, 12.

praebent, haec non maiorem auctoritatem quam cuiusvis docti viri coniectura habet. Itaque ego scriptoris verba quam diligentissime ad codd. DR recensui, eorumque lectiones quantum quidem fieri potuit religiose servavi, iis autem locis, qui haud pauci sunt, ubi corrupti sunt, cauta emendatione vestigia eorum secutus verum invenire studui. Quodsi vel a me vel ab alio quodam emendatio certa facta erat, eam recipere non dubitavi, ut ea tamen, quae de coniectura reposita essent, litteris inclinatis exprimerentur. ubi nihil certi inveniri poterat lectioni codd. crucis signum praeposui. Si vero hac opera effectum est, ut integrior iam prodeat Censorinus — et certe longe diversus factus est ab eo, qui antea legebatur — id Caroli Lachmanni potissimum meritum est. Is enim non modo cum editurus essem Censorinum, multas atque egregias emendationes mecum communicavit, sed etiam plagularum corrigendarum munus in se suscepit, atque dum eo fungitur haud pauca rectius atque ego feceram constituit.

Verbis scriptoris ita emendatis subieci varietatem editionis Haverkampianae, ut statim appareret, quid in hac editione mutatum esset. In adnotatione autem varias lectiones codd. DR recensui omnes, ut sciens volensque nihil omitterem. Itaque si quid aliter nunc legitur atque in editione Haverkampiana exstat et nihil e codd. adnotatum est, pro certo habeto, in DR ita legi ut scriptum a me est. Reliquorum autem codicum lectiones non omnes adtuli, et initio quidem

pleniorem recensum dedi, ut de eorum indole facile iudicium ferri posset, postea pauciores tantum commemoravi. Itaque de hisce e silentio nihil concludi potest. Deinde emendationum auctores nominavi, et alias quoque a viris doctis prolatas coniecturas ex more attuli, neque tamen in confutandis inutilibus vel in commendandis iis, quas veras habui, sive a me sive ab alio profectae sunt, otio abutendum putavi, cum plerumque res aperta sit neque interprete egeat. Neque vero meum esse arbitratus sum, res, de quibus agit Censorinus, explicare, commodo potius lectoris satisfactum esse duxi, si breviter adnotassem, unde accuratior notitia peti posset. Denique indicem addidi non omnium quidem verborum, quo in tali scriptore vix opus esse videbatur, sed qui maxime necessaria complecteretur.

# CENSORINI
## DE DIE NATALI LIBER
## AD Q. CERELLIUM.

## RECENSUS CODICUM.

D. codex Darmstadiensis, olim Coloniensis, sec. VII.
R. codex Vaticanus sec. X.
g. codex Gorlicensis sec. XV.
l. codex Leidensis.
a. lectiones codicis ad marginem edit. Lindenbr. adscriptae.
m. codex Manutii.
r. codex Vaticanus sec. XIII aut XIV.
d. codex Danielis.
v. codex Viennensis sec. XII, cont. c. 13

# CENSORINI
## DE DIE NATALI LIBER
## AD Q. CERELLIUM.

I. Munera ex auro vel quae ex argento nitent, cae-
lato opere nonnumquam *quam* materia cariora, ceteraque
hoc genus blandimenta fortunae inhiant hi qui vulgo di-
vites vocantur: te autem, Q. Cerelli, virtutis non minus
quam pecuniarum divitem, id est vere divitem, ista non
capiunt; non quod eorum possessionem vel etiam usum 2
a te omnino abieceris, sed quod sapientium disciplina for-
matus satis liquido conperisti huiusmodi *s*ita in lubrico
bona malave per se non esse, sed τῶν μέσων, hoc est
bonorum malorumque media censeri. Haec, ut comicus 3
ait [Terentius], perinde sunt ut illius est animus
qui ea possidet; qui uti scit, ei bona, illi, qui

VARIETAS ED. HAVERCAMP.

2 opere quam materia 3 inhiat is qui vulgo dives vocatur 6 earum 11 Terentius *om.*

ADNOTATIO.

*Incipit liber Censorini ad Q. Cerellium* R. *Incipit liber aliud* D. *Censorinus de die natali ad Q. Cerellium* l. *Censorinus de natali die ad Quintum Cerellium foeliciter incipit* ms Almelov.

1 *caelata* cod. apud Barth. Advv. XVIII, 14. 2 *opere nonnumquam mat.* DRglr. *cariore* m, ut voluit Hildebrand. ad Apul. I p. 118. *ceteraquae* D. 3 *inharint* l, *inhiarint* a. *it*
*diues* D. 4 *vocati* cod. apud Barth. l. l., qui coni. *vocari. Quinte Caerelli* D. 6 *earum* Rl. 8 *huiusmodi ita* D (*s* eraso), R. 9 *prae se* cod. apud Barth. l. l. *sed* eras. D. 11 *Terentius* habent DRglr ms Almel. Cf. Ter. Heaut. I, 2, 21 sq. *proinde* ra *ut illius,* a 2 m. *tullius,* D. 12 *possidetur* r. *qui* om. r. *bona esse* g ms Alm. *ut illi* l. *illi* om. ag.

non utitur recte, mala. Igitur quoniam quisque non 4
quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto
est locupletior, opes tibi in animo maximae, et eae quidem quae non modo bona generis humani praecedant,
sed quae ad deorum immortalium aeternitatem penitus accedant. quod enim Xenophon Socraticus dicit, nihil egere
est deorum, quam minime autem proximum a deis. Quare 5
cum dona pretiosa neque tibi per animi virtutem desint
nec mihi per rei tenuitatem supersint, quodcumque hoc
libri est meis opibus conparatum natalicii titulo tibi misi.
In quo non, ut plerisque mos est, aut *ab et*hica parte 6
philosophiae praecepta ad beate vivendum, quae tibi scriberem, mutuatus sum, aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis celebrandis persecutus (ad id enim virtutum
omnium fastigium ascendisti, ut cuncta ista, quae vel sapienter monentur vel facunde praedicantur, vita moribusque superaveris), sed ex philologis commentariis quasdam quaestiunculas delegi, quae congestae possint aliquan-
tum volumen efficere. Idque a me docendi studio vel 7

3 quidem *om.* 9 neque 11 aut ex ethica 15 ista *om.*
19 vel docendi

1 *quoniam* om. r. 3 *maxime* Dg, *maximo* l. *ea quid.* R (eraso *e*) glr. 4 *possedant* l, *postcedant* ms Alm. 5 *paenitus* D. 6 *quod etiam* Cauchius. Cf. Seneca apocol. p. 248 ed. Bip. *Quod tibi narro, ad XVI lapidem a Vienna natus est.* Ovid. am. I, 6, 23 sq. Muncker. ad Fulgent. p. 14. *dixit* g. Cf. Xen. mem. I, 6, 10. Diog. L. VI, 105. 7 *a* om. gl ms Alm. *diis* D. 8 *avum virt.* coni. Barth. l. l. 9 *neque* R. 10 *operibus* g. 11 *aut exhica parte* (*x* add. a 2 m.) D, *aut hic aparte*[a] R, *aut hic aperte* gr, *aut hic apte* ms Alm., *aut hic apertae* l. *aut ex ethica parte* em. Manut., Modius novant. lectt. ep. 67, I. Guilielmus verisim. III, 5. 13 *mutatus* g. *locus* D. 14 *prosecutus* l ms Alm. 15 *ista* om. R. 16 *monetur* D. *familiariter praedicantur* glra. *facundae* D. 17 *philol.* cf. Lehrs de vocc. *φιλόλογος, γραμματικός, κριτικός.* Regim. 1838 p. 4. Adde Vitruv. VI, pr. 4. VI, 7, 7. VIII, 3, 25. IX, pr. 17. 18 *aliquantulum* gm.

ostentandi voto non fieri praedico, ne in me, ut vetus
adagium est, iure dicatur sus Minervam. Ver*um* cum 8
tuo conlatu scirem me plura didicisse, ne beneficiis tuis
viderer ingratus, nostrorum veterum sanctissimorum ho-
minum exempla sum secutus. Illi enim quod alimenta, 9
patriam, lucem, se denique ipsos deorum dono habebant,
ex omnibus aliquid deis sacrabant, magis adeo ut se gra-
tos approbarent quam quod deos arbitrarentur hoc indi-
gere. itaque cum perceperant fruges, antequam vesceren- 10
tur deis libare instituerunt, et cum agros atque urbes deo-
rum munere possiderent, partem quandam templis sacel-
lisque, ubi eos colerent, dicaverunt: quidam etiam pro
cetera corporis bona valetudine crinem deo sacrum pas-
cebant. Ita ego, a quo plura in litteris percepi, tibi haec 11
exigua reddo libamina.

II. Nunc quoniam liber de die natali inscribitur, a 1
votis auspicia sumantur. Itaque hunc diem, quod ait
Persius, numera meliore lapillo, idque quam sae-

2 Cum vero 8 deos iis arb. ind. 13 cet. bona corp. val. 16 quon. de die nat. liber

1 *fieri non praedico* D. 2 *adgagium* D, *elogium* Rlr ms Alm., *eloquium* g. Elogium tristem sententiam paucis comprehensam significat, praesertim apud scriptores serioris aetatis. v. Muncker. ad Fulgent. I, 1. Vales. ad Amm. Marc. XIV, 5, 5. Brisson. de vv. sign. s. v. *est* om. gr. *sus Minervam docere* R, *s. M. docet* lra, *sus Minerva docet* g. De proverbio v. intpp. Theocr. V, 23. Fest. s. v. *sus Minervam.* *vero cum* D. *vero* om. Rglr. 3 *collato senem* ms Almel. *sentirem* l. *plura* cf. I, 11. 4 *nostrum* la. 5 *qui al.* ms Alm. 6 *primam* g, *pateram* ms Almel. *sedenque* g. *dono deorum* Rg. 7 *deis* om. l. *sacrificabant* r. *se gregatos* D. 8 *quam qui* g. *quod diis* (in ras.) *hoc arbitraretur indeg.* D. 9 *perceperint* r. *anteaquam* l ms Almel. *nascerentur* g. 10 *deorum munere* om. R. 12 *dicavere* glr ms Almel. 16 *scribitur* la. 17 *notis* r. *sumatur* D. *hodie diem* ms apud Barth. Advv. XVIII, 14. 18 *Persius* cf. II, 1 sq. *munera* g.

pissime facias exopto, et, quod idem subiungit, f u n d e
m e r u m g e n i o.

Hic forsitan quis quaerat quid causae sit ut merum 2
fundendum genio, non hostia faciendum putaverit. quod
scilicet, ut Varro testatur in eo libro cui titulus est Atticus
et est de numeris, id moris institutique maiores nostri
tenuerunt, ut, cum die natali munus annale genio
solverent, manum a caede ac sanguine abstinerent, ne
die qua ipsi lucem accepissent aliis demerent. denique 3
Deli ad Apollinis genitoris aram, ut Timaeus auctor est,
nemo hostiam caedit. Illud etiam in hoc die observandum,
quod genio factum neminem oportet ante gustare
quam eum qui fecerit.

Sed et hoc a quibusdam saepe quaesitum solvendum
videtur, qui sit genius, curve eum potissimum suo quisque
natali veneremur. III. Genius est deus, cuius in 1
tutela ut quisque natus est vivit. Hic sive quod ut ge-

4 hostiam faciundam 15 quid sit

1 *et exopto* g. *at quod* ms apud Barth. l. l. 3 *hinc* cod. apud Barth. l. l. *quaeret* 1 ms Almel., *querēt* g. 4 *hostia faciendum* codd., Vinet. idque reponi iusserunt Iuret. ad Symm. epp. VII, 27. Herald. ad Mart. VIII, 4. Tennul. ad Frontin. IV, 7, 44. Wesseling. obss. II, 13. *hostiam feriendam* alii libri apud Manut. 5 *articulus* gl ms Almel. 6 *de muneribus* Manut. Augustin. de gramm. p. 2008: *Hoc Varro distinxit in libris numerorum.* Sed Varronis librum disciplinarum V de eadem re laudant Gell. X, 1, 6. Non. p. 435 s. v. *quartum.* *motis* g. 7 *tenuerint* Carrio, *tentaverunt* g. *annali* g, *annales* r, *annuale* la. 8 *et sang.* g. 9 *qua luc. ipsi* l. *alii dem.* D. Ceterum cf. Hertzberg de diis Rom. patr. p. 24. H. Peerlkamp. ad Hor. p. 420 sqq. 10 *genetoris* quidam apud Manut. *Timaeus* fr. 79. cf. H. Iunii anim. I, 21. Müller. Dor. I p. 327. Hoeck. Kreta II p. 138. Ceterum haec quoque a Varrone petita esse demonstrat Serv. ad Virg. Aen. III, 85. 11 *illut* D. *et in h. d. r. in* om. m. 12 *quod quo gen. f.* coni. Barth. l. l. *facta* Manut. *oporteat* Manut. 14 *et* om. r. *solvendum* om. l. 15 *qui* D: *quid* ceteri. 16 *veneretur* glra. *deus suus, c. i. t. quisque ut n. e.* cod. apud Barth. l. l. 17 *generemur* gla.

namur curat, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam
quod nos genitos suscipit ac tutatur, certe a genendo
genius appellatur. Eundem esse genium et larem multi 2
veteres memoriae prodiderunt, in quis etiam Granius
Flaccus in libro quem ad Caesarem de indigitamentis
scriptum reliquit. Hunc in nos maximam quin immo
omnem habere potestatem creditum est. Nonnulli binos 3
genios in his duntaxat domibus quae essent maritae co-
lendos putaverunt: Euclides autem Socraticus duplicem
omnibus omnino nobis genium dicit adpositum, quam rem
apud Lucilium in libro satirarum XVI licet cognoscere.
Genio igitur potissimum per omnem aetatem quotannis
sacrificamus, quamquam non solum hic, sed et alii sunt 4
praeterea dei conplures hominum vitam pro sua quisque
portione adminiculantes, quos volentem cognoscere indi-
gitamentorum libri satis edocebunt. Sed omnes hi semel
in unoquoque homine numinum suorum effectum reprae-
sentant, quocirca non per omne vitae spatium novis re-
ligionibus arcessuntur: genius autem ita nobis adsiduus 5
observator adpositus est, ut ne puncto quidem temporis

2 tuetur 8 iis 11 nono

1 *gignitur* gla. 2 *suscepit* DR, *suscipiat* gla. *suscipit* Carrio. *tueatur* DRgla. *tuetur* Carrio. *gignendo* gl, *genendo* DR ut voluerunt Stewech. in Apul. p. 172. Meurs. crit. Arnob. app. IV p. 139. 3 *est appellatus* la. 4 *Gravius* D, *C.* gl, *Granius* R ut emend. Manut. Cf. intpp. Arnob. III, 31. Petersen de orig. hist. Rom. p. 22 sq. 6 *reliquid* D. 8 *maritae* cf. Liv. XXVII, 31, 5. *colendae* la. 9 *putavere* gl, *potaverunt* D. 10 *nobis* om. l. *qua.re.* (bis eraso *m*) D. 11 *satyr.* D. 13 *solus* l. *sint* la. 15 *adminiculares* g. *hominum-admin.* om. la. *volentes* la. 16 *indig. libri* cf. Ambrosch, üb. d. Religionsbücher d. Römer. Bonn. 1843. *satis se docebunt* D. *edocebant* g. 17 *munerum* a, *numerum* l. 18 *annuis relig.* e cod. Barth. Advv. XVIII, 14. *nobis* D. 19 *accersuntur* l.

longius abscedat, sed ab utero matris acceptos ad ex-
tremum vitae diem comitetur. Sed cum singuli homines
suos tantummodo proprios colant natales, ego tamen du-
plici quotannis officio huiusce religionis adstringor: nam 6
cum ex te tuaque amicitia honorem dignitatem decus
atque praesidium, cuncta denique vitae praemia recipiam,
nefas arbitror, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem
edidit, meo illo proprio neglegentius celebravero: ille enim
mihi vitam, hic vitae fructum atque ornamentum pepe-
rerunt.

IV. Quoniam aetas a die natali initium sumit sunt- 1
que ante hunc diem multa quae ad hominum pertinent
originem, non alienum videtur de his prius dicere quae
sunt natura priora. Igitur quae veteribus de origine hu-
mana fuerunt opiniones, ex his quasdam breviter exponam.

Prima et generalis quaestio inter antiquos sapien- 2
tiae studiosos versata est, quod, cum constet homines
singulos ex parentum seminibus procreatos successione
prolis multa saecula propagare, alii semper homines fuisse
nec umquam nisi ex hominibus natos atque eorum ge-

1 exceptos 8 fructum vitae peperit 11 At quon. 13 dicere prius 15 fuerint quaedam

1 *a*[d]*ceptos* D, *adceptos* R. *exceptos* Manut. *ad cereos et extr.* coni. Lachmann. 2 *cum frugali* l. 3 *suos immo pr.* l. *celebrent nat.* m. *ego tum* ga. 4 *regionis* D. *astringor* Rg. *hanc quom* gla. 6 *adque* D. *pretia* Cauchius. 8 *necleg.* D, *necgleg.* R. 9 *hic* om. g. *adque* D. 11 *q̄m* D. *suntquae* D, *finitque* la. 12 *diem* om. cod. apud Barth. Advv. XXVII, 19. 13 *ab his dic. pr.* g. *quaerere primum* m. 14 *de natura hum.* ag. 15 *fuerint* DRgl. *quaedam* DRgl: *quasdam* corr. Lachmann., et ita cod. apud Barth. l. l. *ex his quaedam* om. m. *brevians* cod. apud Barth. l. l. 17 *constat* g. 18 *esse procr.* g. *successioneque* Manut. *suffectione prolis* coni. Hildebrand. ad Apul. II p. 123. 20 *nec nunquam ex* voluit Fuhr. ad Dicaearch. p. 23.

neri caput exordiumque nullum extitisse arbitrati sunt,
alii vero fuisse tempus cum homines non essent, et his
ortum aliquem principiumque natura tributum. Sed prior 3
illa sententia, qua semper humanum genus fuisse credi-
tur, auctores habet Pythagoran Samium et Oc*ell*um Lu-
canum et Archytan Tarentinum omnesque adeo Pytha-
goricos. sed et Plato Atheniensis et Xenocrates et Di-
caearchus Messenius itemque antiquae academiae philo-
sophi non aliud videntur opinati, Aristoteles quoque Sta-
girites et Theophrastus multique praeterea non ignobiles
peripatetici idem scripserunt. Eius qu*ae*r*i* exempl*o* dicunt,
quod negant omnino posse reperiri, avesne ante an ova
generata sint, cum et ovum sine ave et avis sine ovo
gigni non possit. itaque et omnium, quae in sempiterno 4
isto mundo semper fuerunt futuraque sunt, aiunt princi-
pium fuisse nullum, sed orbem esse quendam generan-
tium nascentiumque, in quo uniuscuiusque geniti initium

3 aliquando 11 eiusque rei exempla

1 *capud* D. *exordiumque* glossema habet Fuhr. l. l. 3 *aliquando* l (? *aliquem* a.) 4 *quae* D. *quae s. credidit* m. Cf. Varro R. R. II, 1, 3. 5 *Phyt.* R. *Occeium* DR, *coceium* g, *cecium* r, *cecrium* la. *Ocellum* rest. Th. Canter. Var. lectt. I, 17. Menag. ad Diog. L. VIII, 80. hist. mul. phil. 101. Cf. Ocell. Luc. de univ. c. 3. cl. Philone de aet. mundi p. 489 M.
6 *Adrenytan* D, *Architam* Rg. *ab eo* a. (i) *Pyth.* Cf. Beckmann de Pythag. rell. p. 2 sq. 7 *Athenienses* D. *Pl. et Xen. Athenienses* cod. apud Barth. l. l. Cf. Plato legg. VI p. 781 E. sq. *Dicaearchus* in libro de interitu, v. Osann. Beitr. II p. 57 sqq. 8 *item ant.* gl. 9 *opinari* m. *Arestotelis* D, *Aristotelis* R. *stagiritis* D. 10 *theoprastus* R. Cf. Osann. l. l. p. 62 sqq. 11 *peripatecitici* D. *scribserunt* D. *eiusque rei exempla* codd., quod correxit Lachmann. 12 *qui negant* a. *negant non posse* gla. *repper.* DR. *avesni ante aves ova* l.
(*tae*) 13 *genera sint* D. Ceterum cf. Plut. Symp. II, 3, 2 sqq. Macrob. Sat. VII, 16, ubi haec quaestio agitatur. 15 *que* in ras. a 2 m. D. 16 *quaendam* D. 17 *uniusquisque* D.

simul et finis esse videatur. Qui autem homines aliquos 5
primigenios divinitus naturave factos crederent multi fuerunt, sed aliter atque aliter *in* hac existimatione versati.
Nam ut mittam, quod fabulares poetarum historiae ferunt, 6
homines primos aut Promethei molli luto esse formatos aut Deucalionis Pyrrhaeque duris lapidibus esse natos [Verg. H i n c l a p i d e s P y r r h a e i a c t o s, S a t u r n i a r e g n a, et alibi: Q u o t e m p o r e p r i m u m D e u c a l i o n v a c u u m l a p i d e s i a c t a v i t i n o r b e m], quidam ex ipsis sapientiae professoribus nescio an magis monstruosas, certe non minus incredibiles rationum suarum proferunt
opiniones. Anaximander Milesius videri sibi ex aqua ter- 7
raque calefactis exortos esse sive pisces seu piscibus simillima animalia, in his homines concrevisse, fetusque ad pubertatem intus retentos tunc demum ruptis illis viros mulieresque qui iam se alere possent processisse. Empedocles autem egregio suo carmine, quod eiusmodi esse praedicat Lucretius, u t v i x h u m a n a v i d e a t u r s t i r p e
c r e a t u s, tale quiddam confirmat. primo membra sin- 8

3 aestimatione 4 omittam 7—9 Verg. — orbem *om.*
10 monstrosas 13 sive p. sive p. 15 tum 16 se iam

2 *primigenitos* ga. *ve* om. gla. 3 *alter atque alter* D. *in* om. DRgla. quod tamen deesse nequit. *aestuatione* cod. apud Barth. Advv. XXVII, 19. 4 *ut omittam* D, *et mittam* g. *quae fab.* ga. 5 *furmatos* D. 6 *ee natos* (ras.) D. 7—9 *Verg.* — *in orbem* habent DRgr. *unde homines nati durum genus* add. l. A glossatore addita esse vidit Modius lectt. novant. ep. 67 et Vinetus, om. Carrio. 11 *rat. furiosarum* codex apud Barth. l. l. qui inde coni. *rat. sutarum.* 12 *Anax.* cf. Plut. sympos. VIII, 8. Euseb. pr. ev. I, 8. 13 *coalefactis* Meurs. ex. crit. II, 23. *similia* gl. 14 *foetusque* (a 2m.)D. *et usque* Meurs. l. l. 15 *puuertatem* D. *rupt. iliis* Meurs. l. l. *viros* (a 2m.) D. 16 *Emped.* cf. Karsten. Emped. p. 445. 18 *Lucret.* I, 734.

gula ex terra quasi praegnate passim edita deinde coisse
et effecisse solidi hominis materiam igni simul et umore
permixtam. Cetera quid necesse est persequi, quae non
capiant similitudinem veritatis? Haec eadem opinio etiam
in Parmenide Vel*iensi* ** fuit pauculis exceptis ab Em-
pedocle dissensisse, Democrito vero Abderitae ex aqua 9
limoque primum visum esse homines procreatos. Nec
longe secus Epicurus: is enim credidit limo calefacto ute-
ros nescio quos radicibus terrae cohaerentes primum in-
crevisse et infantibus ex se editis ingeni*t*um lactis umo-
re*m* natura ministrante praebuisse, quos ita educatos et
adultos genus hominum propagasse. Zenon *Citi*e*us*, stoi- 10
cae sectae conditor, principium humano generi ex novo
mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo

1 praegnante 2 humori 5 vel in Ste * fuit 6 dissensis
7 visum est 12 Cittieus

1 *pregnate* D. cf. Faern. ad Ter. Hec. IV, 4, 18. Wagner. orth. Verg. p. 465 sq. Adde Front. ad M. Caes. IV, 6 p. 104: *maenas bene praegnatis. praegnante* Rgl. 2 *hominis soli* g. *umori* DR, *humori* gl. 3 *pros.* la. 5 *Parmenide vel in s..*[ter]*te fuit* D (ras.), *vel in sterte fuit* Rgl, *vel in crate fuit* r. *Parmenide Eleate fuit* em. Scaliger. *P. Veliate fuit* I. Rutgers. VV. LL. V, 14. *P. Veliensi fuit* Nagel. in progr. Altorf. 1754. *Parm. vel in Zenone* aut *Parm. et Veliate Zenone* Lipsius physiol. stoic. III, 4. *Parmenide Melissove fuit* Meurs. ex. cr. II, 6. *Parmenide gellio stabone fuit* cod. apud Barth. Advv. XXVII, 19, unde ed. Cant. effecit *Parm. Veliate et Stratone fuit.* Et *Veliensi* quidem proxime videtur ad verum accedere, sed aliud quoque nomen additum fuisse puto. Praeterea alia excidisse documento est, quod v. 6 *dissensisse* et v. 7 *visum esse* D (*dissensis*[se]) Rglra exhibent, quod temere in *dissensis*, quale participium non nisi ex h. l. affertur, et *visum est* mutarunt. *paucis* l. 8 *longi* (*i* in ras.) D. *Epic.* cf. Lucr. V, 803 sqq. *cal*[e]*facto* D. 9 *coh. prim.* om. gla, *primum adhaerentes* m. 10 *ingenium* DRgl: em. Manut. *umore* DR, *humore* ga: *humorem* Manut. 12 *Zenon tici*[et]*eius* D. *ticieteius* R, *ticietiius* g, *titreteius* a. 13 *humani generis* l. *nonouo* D.

adminiculo divini ignis, id est dei providentia, genitos.
Denique etiam vulgo creditum est, ut plerique genealo- 11
*goe* auctores sunt, quarundam gentium, quae ex adven-
ticia stirpe non sint, principes terrigenas esse, ut in At-
tica et Arcadia Thessaliaque, eosque autochthonas voci-
tar*unt*. In Italia [poeta cecinit] Nymphas indigenasque
Faunos nemora quaedam tenuisse non difficile rudis an-
tiquorum credulitas recepit. Nunc vero eo licentiae poe- 12
tic*a* processit libido, ut vix auditu ferenda confingant,
post hominum memoriam progeneratis iam gentibus et
urbibus conditis homines e terra diversis modis editos, ut
in Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani semine
humo exortus, et in Colchide vel Boeotia consitis anguis
dentibus armati spar*t*oe, e quibus mutua caede inter se
necatis pauci superasse traduntur, qui in conditu Theba-
rum Cadmo fuerint adiumento, nec non in agro Tarqui- 13

2 genealogiae 5 αὐτόχθονας vocitari: ut in Italia poeta cecinit 8 poeticae 9 lubido 12 Volcani 13 vel in Boe. 14 armati partus

1 *ignis et dei* m. 2 *genealogiae* DRgl, *genio logice* cod. apud Barth. l. l. Emend. Lachmann., cf. *spartoe* 4, 12. *stadiodromoe* 14, 5. *crisimoe* 14, 9. *proselenoe* 19, 5. 3 *adducticia* la. 4 *sunt* g. *terrigin.* R, *terrigenasque* g. 5 *autocth.* DR, *auctoton.* g, *aucthon.* l. *vocitari ut* DRg, *vocari ut* la. *vocitarunt* Lachmann. 6 *poeta cecinit*, quod in codd. exstat, a sciolo adiectum esse, qui notare voluit respicere Censorinum Vergil. Aen. VIII, 314, intellexit Modius lectt. novant. ep. 56. *In Italia, ut poeta cec.* transposuit Barth. advv. XV, 9. *symph.* D. *N. indigetes Faunosque* coni. Cauchius. 7 *difficiles* la, *difficilis* gm. *non rud.* g. 8 *hinc vero* coni. Lachmann. *poeticae* DRgl. corr. Manut. 9 *conf..ingant* (ras.) D. *confingat* Manut.
12 *Ericethonius* D. 13 *homo* Rgl. *vel in Boeot.* glm. Solet secundo loco omittere praepositionem Censorinus, cf. 5, 2. 11, 12. 12, 4. 17, 4. 22, 12. 14 *armati spartotoe* DR, *armatis spartatoe* g, *armatis portator* l, *armati patuere* r. Emend. I. Guilielmus verisim. III, 5. Carrio. *mut. inter se caede* gl.
15 *condita* edd. vett. def. Meurs. crit. Arnob. IV, 10. 16 *fuerunt* gl.

niensi puer dicitur divin*us* ex*a*ratus nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicii, quam lucumones tum Etruriae potentes exscripserunt.

V. Hactenus de prima hominum origine: ceterum 1
quod ad praesentes nostros pertinet natales eorumque initia, quam potero conpendio dicam.

Igitur semen unde exeat inter sapientiae professores 2
non constat. Parmenides enim tum ex dextris tum laevis partibus *or*iri putavit. Hipponi vero Metapontino sive, ut Aristoxenus auctor est, Samio ex medullis profluere semen videtur, idque eo probari, quod post admissionem pecudum si quis mares in*t*erimat, medullas utpote exhaustas non reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras Democritus et Alcmaeon Crotoniates: hi enim post *gregum* contentionem non medullis 3

1 divinitus 5 quae ad pertinent 8 tum e laevis 9 derivari 12 quis qui mares sunt perimat

1 *divinitus* DRgl. Emend. Lachmann. *exoratus* DR (in marg. *exortus*), *exortus* l, *okoitus* g. Emend. I. Guilielmus veris. III, 5. 2 *auspicii* m. *lucum honestum Etr.* Rgr. *lucani honestum* la. 3 *Etruriis* gla. *portentis* la. *exscribserunt* D, *scripserunt* gm, 4 *hominis* la. 5 *quod* DRl. *quoad* a. *quae* Carrio. *pertinet* g, *pertinent*[i] DR, *attinet* la. 6 *quo pot.* m. *quam* — *dic.* om. l. 9 *adri* D, *adiri* R, *adoriri* gl, *oriri* ed. Rostoch. *id oriri* coni. Manut. *Hypp.* DR. Bergkius, qui de Hippone egit (comm. de rell. com. Att. ant. p. 164 sqq.), probavit hunc esse Censorini errorem, qui Hipponem Rheginum cum Hippaso Metapontino confuderit, l. l. p. 178 sq. *vero et Met.* D. 12 *pe*[s]*codum* D. *quis maresint perim.* D, *quis mares sunt perim.* R, *quis mares perim.* gl. *quis mares statim perim.* coni. Lachmann. 13 *reperiet* l. 14 *Algemeon* D. cf. Unna in Peterseni hist. phil. Stud. p. 41 sqq. Krische Forschg. p. 68 sqq. 15 *graecam contentionem* DRgl. *crebram coitionem* em. Manut. *crebram contentionem* aut *crebram conventionem* Gruter. susp. IV, 12. *gregum contentionem* aut *gregum tentionem* Guilielmus verisim. III, 6. *συνουσίαν* Scioppius susp. lectt. I, 8. *contentam initionem* e cod. Barth. advv. XV, 9. Horum nihil probabile.

modo verum et adipe multaque carne mares exhauriri
respondent. Illud quoque ambiguam facit inter auctores 4
opinionem, utrumne ex patris tantummodo semine partus nascatur, ut Diogenes et Hippon stoicique scripserunt, an etiam ex matris, quod Anaxagorae et Alcmaeoni nec non Parmenidi Empedoclique et Epicuro visum est.

De conformatione autem partus nihilo minus definite 5
se scire Alcmaeon confessus est, ratus neminem posse
perspicere quid primum in infante formetur. VI. Em- 1
pedocles, quem in hoc Aristoteles secutus est, ante omnia cor iudicavit increscere, quod hominis vitam maxime contineat; Hippon vero caput, in quo est animi principale; Democritus alvum cum capite, quae plurimum habent ex inani; Anaxagoras cerebrum, unde omnes sunt sensus. Diogenes Apolloniates ex umore primum carnem fieri existimavit, tum ex carne ossa nervosque et

7 sq. Quae disserens non definite se scire Alcm., *omissis* de conformatione — minus. 9 quid — formetur *om.*

1 *adipem* D. 2 *illud* cf. Plut. de plac. phil. V, 5. Galen. phil. 31. Varronem de hac re affert Lactant. de opif. dei 12. 4 *Diogenis* D. *Hypp.* DR. *sthoic.* DR. 6 *Enped.* D. *Epicoro* D. 6 sqq. *visum est quae dissensio definite se sc.* DR, *visum quae discensio diffinito se sc.* ga, *visum quae dissensio definit se sc.* l, omissis *de conf. a. p. nih. min.*, quae in fine c. 6 post *futurum* add. DRgr ms. Almel., cum huc pertineant, *quae dissensio* autem ad c. 17, 10. De qua confusione v. prolegg.
7 *confirmatione* DRgr ms Almel. *partus In nih.* g. hoc est Incipit, quia priora pro lemmate habuit librarius. *nihilo minus* h. e. nequaquam, cf. Prisc. XVIII p. 1196: „Nostri quoque frequenter duplici abnegatione utuntur pro simplici, ut *nihilominus* pro *non*," et quae exempla e Dig. et Cod. afferunt Brisson. de vv. signif. s. v. Duker. de lat. Ictt. p. 366. 9 *prosp.* gla. *quid — formetur* ut lemma Rga. De re cf. Plut. pl. ph. V, 17. Gal. 33. *Emped.* cf. Karsten Emp. p. 475. 10 *Arist.* de partt. anim. III, 4. gen. an. II, 6. resp. 8. 13 *Democr.* Plut. de am. prol. p. 495: *ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσιν, ὥς φησι Δημόκριτος — ἐμφύεται.* *plurumum* D. 14 *ex anima* Almelov. 15 *apolliniates* DR, *appollonites* g.

ceteras partes enasci. at stoici una totum infantem figu- 2
rari dixerunt, ut una nascitur aliturque. Sunt qui id opi-
nentur ipsa fieri natura, ut Aristoteles atque Epicurus;
sunt qui potentia spiritus semen comitantis, ut stoici ferme
universi: sunt qui aethereum calorem inesse arbitrantur,
qui membra disponat, Anaxagoran secuti.

Utcumque tamen formatus infans quemadmodum in 3
matris utero alatur, duplex opinio est. Anaxagorae enim
ceterisque conpluribus per umbilicum cibus administrari
videtur. at Diogenes et Hippon existimarunt esse in alvo
prominens quiddam, quod infans ore adprehendat *et* ex eo
alimentum ita trahat ut cum editus est ex matris uberibus.

Ceterum ut mares feminaeve nascantur quid causae 4
esset, varie ab iisdem philosophis proditum est. Nam ex
quo parente seminis amplius fuit, eius sexum repraesen-
tari dixit Alcmaeon. ex seminibus autem tenuioribus fe-
minas, ex densioribus mares fieri Hippon adfirmat. utrius 5
vero parentis principium sedem prius occupaverit, eius

3 fieri ipsa   5 arbitrentur   11 appr. ex eoque al.   13 caussae

2 *ut* om. D.   *nascatur alaturq.* gl, *nasci alique* m. 3 *fieri ipsa nat.* D. *Epicorus* D. 5 *univeri* DR. *arbitrantur* D (*a* in ras.) R. 7 *utc.* cf. Plut. pl. ph. V, 16. Galen. 33. 10 *existimauē* g, *existimare* la. 11 *permanens* m. *et* om. DRgl. 13 *cet.* cf. Plut. plac. ph. V, 7. Galen. 32. *causae* D. 14 *variae* D. *hisdem* D. 18 *parentis seminium sedem* aut *parentis principii sedem* coni. A. de Rooy coni. critt. add. ad p. 98. anim. critt. p. 181. *par. prolubium* (s. *profluvium*) *sedem* aut *parentis semen sed.* coni. Hildebrand. ad Apul. I p. 936. scilicet vett. quaedam edd. *principium* omittunt, quod omnes codd. habent. *Principium* videtur esse semen, ex quo tanquam principio corpus oritur. Conferri potest Caelius Aurelian. acut. I, 14, qui de Asclepiade *Primordia*, inquit, *corporis primo constituerat atomos*. Utrumque Gr. *ἀρχή* respondet, cf. *ἡ ἀρχὴ τῆς γεννητικῆς κινήσεως* apud Arist. de gen. an. IV, 4. Plut. pl. ph. V, 8. Paulo aliter principia, ex quibus nostra corpora sint, vocat Celsus I pr. p. 4 Targ. Varro ap. sch. Luc. VII, 8. Ceterum de Democr. alia tradit Arist. de gen. an. p. 764, 10.

reddi naturam Democritus retulit: at inter se certare feminae et mar*is*, et penes utrum victoria sit, eius habitum referri, auctor est Parmenides. ex dextris partibus 6
profuso semine mares gigni, at e laevis feminas, Anaxagoras Empedoclesque consentiunt; quorum opiniones, ut de hac specie congruae, ita de similitudine liberorum dispariles *sunt*. Super qua re Empedocles disputata ratione tali*a* prof*a*tur. si par calor in parentum seminibus 7
fuit, patri similem marem procreari; si frig*us*, feminam matri similem. quodsi patris calid*i*us erit et frigid*i*us matris, puerum fore qui matris vultum repraesentet: at si calid*i*us matris, patris autem fuerit frigid*i*us, puellam futuram quae patris reddat similitudinem. Anaxagoras au- 8
tem eius parentis faciem referre liberos iudicavit, qui seminis amplius contulisset. ceterum Parmenidis sententia est, cum dexterae partes semina dederint, tunc filios esse patri consimiles, cum laevae, tunc matri.

Sequitur de geminis, qui ut aliquando nascantur modo 9
seminis fieri Hippon ratus *est*: id enim cum amplius est

2 feminas et mares  3 et e dext.  7 sunt dispariles  Empedoclis ratio talis profertur  9 fuerit  10 calidum  frigidum  12 calidum  frigidum  18 vero de gem.

1 *rettulit* D, *det.* la.  2 *feminae* DR, *feminas* gl. Parmen. versus latine conversos servavit Cael. Aurel. chr. IV, 9.  *mares* codd. *paenes* D.  3 *et dextr.* DR, *ex d.* gla.  5 *Emped.* cf. Karsten Emp. p. 469 sq.  7 *sunt* om. DRgl, quod vulgo ante *disp.* additur. Cf. Plut. pl. phil. V, 11. Galen. 32.  *Enpedocles* DR. Cf. Karsten l. l. p. 471 sqq.  *ratione talis profertur* DRgla. Emend. Lachmann. *Empedoclis disputatio talis profertur* em. Meursius ex. cr. II, 23.  9 *frigidus* DRgla. *frigus* Carrio. 10 et 12 *calidus — frigidus — calidus — frigidus* DRgla. *calidum — frigidum* Carrio.  12 *si erit fr.* gla.  15 *sen*[ten]*tia* D. Galen. ad Hipp. epid. t. XVII A p. 1002.  16 *semina* om. gla. 18 *Seq. vero* gl. Plut. pl. ph. V, 10. Galen. 32. Sen. benef. VIII, 1. 19 *ratus id* om. *est* DRg. add. Carrio.

quam uni satis fuit, bifariam d*i*duci. Id ipsum ferme 10
Empedocles videtur sensisse: nam causas quidem cur divideretur non posuit, parti*ri* tantummodo ait, et si utrumque sedes aeque calidas occupaverit, utrumque marem nasci, si frigidas aeque, utramque feminam, si vero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, dispari sexu partum futurum.

VII. Superest dicere de temporibus quibus partus 1
soleant esse ad nascendum maturi; qui locus eo mihi cura maiore tractandus est, quod quaedam necesse est de astrologia musicaque et arithmetica attingere.

Iam primum quoto post conceptionem mense infan- 2
tes edi soleant, frequenter inter veteres agitatum nondum convenit. Hippon Metapontinus a septimo ad decimum mensem nasci posse existimavit. nam septimo partum iam esse maturum eo quod in omnibus numerus septenarius plurimum possit, siquidem septem formemur mensibus, additisque alteris recti consistere incipiamus, et post septimum mensem dentes nobis innascantur, iidemque post septimum cadant annum, quarto decimo autem
pubescere soleamus. sed hanc a septem mensibus inci- 3

1 fuerit 3 posuit, tantummodo et *om.* 11 musica et 19 septem menses

1 *quam quod uni* em. Cauchius. *fuit* DR. *deduci* DRg. 3 *partim tant.* DR, *partium tant.* gla. *partum* edd. vett. *partitum* coni. Manut. *partim* om. Carrio. *et si* DRgla. *et* om. Carrio. 5 *frigidas utrumque feminas* g. 7 Post *futurum* in DRgr ms Almel. adduntur haec, *De confirmatione autem partus nihilo minus,* cf. c. 6,1. Tunc sequuntur illa, *in prima hebdomade* etc., quae leguntur c. 14, 7 usque ad c. 17, 10 *nocte frequentes,* quae excipit c. 7, 1 *superest* etc. Cf. prolegg. 8 *de temp.* cf. Plut. pl. ph. V, 18. Galen. 34. 12 *conceptione* D. 13 *fr. ag. int. vet.* Rg. 15 *aestim.* DR. 17 *septimis* gm, *septenis* la. *formentur* gla. 19 *post sept. — iidemque* om. gl. *idemq.* DR. 21 *hunc* D.

pientem maturitatem usque ad decem perductam ideo
quod in aliis omnibus haec eadem natura est, ut septem
mensibus annisve tres aut menses aut anni ad consum-
mationem accedant: nam dentes septem mensum infanti 4
nasci et maxime decimo perfici mense, septimo anno pri-
mos eorum excidere, decimo ultimos, post quartum de-
cimum annum nonnullos, sed omnes intra septimum de-
cimum annum pubescere. Huic opinioni in parte aliqua
repugnant alii, ali*a* in parte consentiunt. Nam septimo 5
mense parere mulierem posse plurimi adfirmant, ut Theano
Pythagoric*a*, Aristoteles peripateticus, Diocles Euenor Stra-
ton Empedocles Epigenes multique praeterea, quorum om-
nium consensus Euryphonem Gnidium non deterret id
ipsum intrepide pernegantem. Contra eum ferme omnes 6

1 decimum 3 confirmationem 4 mensium 6 dec. quartum
9 alii, alii 13 Euthyphronem Cnidium

1 *decimum* gl. *prod.* g. 3 *confirmationem* gl. 4 *mensium* gl. 5 *primus* D. 6 *ultimus* D. 8 *aliqui rep.* gl. 9 *alia* om. gl, *alii* DR. 11 *pythagoricus* DR vitio dudum sublato. *Aristotelis* D. hist. an. VII, 4. *Diocles* Carystius, de quo cf. Kühn. opp. II p. 87 sqq. praecipue p. 112 sq. *Euener* Rgla. *Endemus* coni. Manutius cl. Ael. h. an. *Euenor* medicus laudatur Athen. II p. 46 D. Plin. XXI, 31, 105. Galen. ad Hipp. de art. IV, 40 t. XVIII, 1 p. 736 K. Cael. Aurel. ac. II, 16, qui eius curationum l. V affert chron. III, 8, 122. *Starton* DRa. De *Stratone* cf. Krische Forschg. p. 350 sqq. 12 *Epigenes*, qui mox Byzantius vocatur, inter astrologos refertur c. 17, 4. cf. Senec. qu. nat. VII, 3. Plin. VII, 56. Plut. plac. phil. III, 2, 4. Ideler Hdb. d. Chron. I p. 218. Scripsit Χαλδαϊκά teste sch. Apoll. Rh. III, 1378 ex emendatione Lobecki Agl. p. 341. Eundem esse, qui de Orphei carminibus scripsit (Clem. Al. str. I p. 397), et quem Callimachus Ioni Chio τριαγμοὺς supposuisse putavit (Harpocr. s. v. Ἴων), probabile est. 13 *Euryphon* Gnidius medicus laudatur Cael. Aurel. acut. II, 16. III, 17, 144. chr. II, 10, 121. III, 18, 139, et Galeno ll. ll. a Sprengelio Gesch. d. Med. I p. 344. qui eum ante Hippocratem vixisse tradit, ad Hipp. de victu XV p. 455. cl. Soran. vit. Hippocr. 2. cf. Meinek. frr. com. gr. II p. 680. Ceterum scrib. est *Euryphontem*.

Epicharmum secuti octavo mense nasci negaverunt: Diocles tamen Carystius et Aristoteles Stagirites aliter senserunt. Nono autem et decimo mense cum Chaldaei plurimi et idem supra mihi nominatus Aristoteles edi posse partum putaverint, neque Epigenes Byzantius nono fieri
posse contendit, nec Hippocrates Cous decimo. Ceterum 6
undecimum mensem Aristoteles solus recipit, ceteri universi inprobarunt.

VIII. Sed nunc Chaldaeorum ratio breviter tractanda 1
est, explicandumque cur septimo mense et nono et de-
cimo tantummodo posse homines nasci arbitrentur. Ante 2
omnia igitur dicunt actum vitamque nostram stellis tam vagis quam statis esse subiectam, earumque vario multiplicique cursu genus humanum gubernari, sed ipsarum motus schemataque et effectus a sole crebro inmutari. nam ut aliae occasum nonnullae stationem faciant nosque omnes hac sua disparili *t*emper*a*tura adficiant, solis
fieri potentia. itaque eum, qui stellas ipsas quibus mo- 3
vemur permovet, et animam nobis dare qua regamur, potentissimumque in nos esse moderarique, quando post conceptionem veniamus in lucem; sed hoc per tres facere

3 tum Ch. 4 mihi supra n. 5 putaverunt posse fieri 11 nasci hom. 17 omnes disparili sua t. 19 et *om.*

2 ***Aristot.*** cf. hist. an. VII, 4. gen. an. 4. probl. XL, 10. ***sentiunt*** gl. 4 ***mihi*** om. Rgla. 5 ***putaverunt*** gl. ***Ephig.*** D, ***Ephyg.*** R. 6 ***Hippocratis*** DR. Cf. *π. ὀκταμήν.* I p. 258 sq. F. 10 *quur* R. 11 ***tantum*** gl. ***nasci hom.*** gl. 12 ***actum*** cf. Amm. Marc. XXI, 14, 3: ***Ferunt theologi — hominibus — quaedam velut actus rectura numina sociari.*** 13 ***sta$^n$tis*** a 2 m. D, ***stantibus*** gl. 15 ***schematasque*** DRga. 16 ***stat. fac.*** cf. Vitruv. IV, 1, 9. 10. Plin. II, 17, 15. *faciunt* la. ***neque omn.*** g. 17 ***hac sua disparilitatemperitura*** D, ***h. s. disparilitate pariter*** Rgl. Emend. I. Guilielm. veris. III, 6. ***h. s. disparili tam temperatura*** coni. Meurs. ex. cr. II p. 235. 19 ***et*** om. Dg. 21 ***conceptione*** D.

conspectus. Quid autem sit conspectus et quot eius ge-
nera, ut liquido perspici possit, pauca praedicam. Cir- 4
culus est, ut ferunt, signifer, quem Graeci vocant zodia-
con, in quo sol et luna ceteraeque stellae vagae ferun-
tur. hic in duodecim partes totidem signis redditas aequa-
biliter divisus est. eum sol annuo spatio metitur: ita in
unoquoque signo ferme unum mensem moratur. sed sig-
num quodlibet cum ceteris singulis habet mutuum cons-
pectum, non tamen uniformem cum omnibus: nam vali-
diores alii, infirmiores alii habentur. Igitur quo tempore
partus concipitur, sol in aliquo signo sit necesse est, *et*
in aliqua eius particula, quem locum conceptionis pro-
prie appellant. Sunt autem hae particulae in uno quo- 5
que signo tricenae, totius vero zodiaci numero CCCLX.
has Graeci *μοίρας* cognominarunt, eo videlicet quod deas
fatales nuncupant *μοίρας* et hae particulae nobis veluti
fata sunt: nam qua potissimum oriente nasca*m*ur pluri-
mum refert. Sol ergo cum in proximum signum trans- 6
cendit, locum illum conceptionis aut imbecillo videt cons-
pectu aut etiam nec conspicit: nam plures proximantia
sibimet zodia invicem se videre omnino negaverunt. at
cum in tertio est signo, hoc est uno medio interposito,
tunc primum illum locum unde profectus est videre di-
citur, sed valde obliquo et invalido lumine; qui cons-

3 ζωδιακὸν  11 est *om.*  16 Et eae part.  17 nascantur

1 *quod eius* D. 2 *paucis* Rg. 3 *signiferi* ga. 5 *totidemque* gla. 11 *conspicitur* gla. *et* om. DRgl. add. Cauchius. 12 *propriae* D. 14 *numeri* D. 15 *has meras Graeci vocant* gla. *moeras* D. ,*cogn. eo* — *μοίρας* om. Rgla: add. d et habet D. 16 *uelut* Rg. 17 ..*fa*..*ta* D(ras.) *nascantur* DRgl. corr. Cauchius. 20. 21 *nam* — *negaverunt* del. Cauchius. 22 *in uno med.* R.

pectus vocatur *κατὰ ἑξάγωνον*, quia sextam partem circuli subtendit. nam cuius a primo zodio ad tertium, sic a tertio ad quintum, inde porro ad septimum ac deinceps alternae lineae emittantur, hexagoni aequilateralis forma in eodem circulo scribetur. Hunc quidam cons- 7
pectum non usquequaque receperunt, quod minimum ad maturitatem partus videbatur conferre. Cum vero in quar- 8
tum signum pervenit et media duo sunt, videt *κατὰ τετράγωνον*, quoniam linea illa, qua visus pertendit, quartam partem orbis abscidit. Cum in quinto autem est 9
tribus interiacentibus mediis, *κατὰ τρίγωνον* aspicit: nam tertiam signiferi partem visus ille metitur. Quae duae visiones *τετράγωνοι* et *τρίγωνοι* perquam efficaces incrementum partus multum adminiculant. Ceterum a loco 10
sexto conspectus omni caret efficientia: eius enim linea nullius polygoni efficit latus. At a septimo zodio, quod est contrarium, plenissimus potentissimusque conspectus quosdam iam maturos infantes educit, qui septemmestres appellantur, quia septimo mense nascuntur. At si intra hoc 11
spatium maturescere uterus non potuerit, octavo mense

1 *καϑ' ἑξάγ.* qui  2 nam si ut a pr.  3 deinde  5 scriberetur  7 videatur  9 illa linea  10 Cum autem in  16 adficit

1 ***καταεξαγωnon*** D, ***καταξαγωνον*** R, ***κατασξαγωγωγ*** g, ***κατασξαγωνων*** la.  2 *succedit* gla. *subtendit, ὑποτείνει.*  *nam cuius a primo* D (*nam<sup>cu</sup>ius*) Rgla. *natura cuius* edd. vett. *cuius ut a pr.* Cauchius. *nam sicut a pr.* Modius lectt. novant. ep. 35. *nam si ut a pr.* Carrio. Brevius dixit *cuius*, quod est cuius circuli in duodecim zodia divisi.  *fit a t.* g.  4 *lunae* DR. *aemitt.* D.  5 *scriberetur* DRgl, quod correxi.  *quidem* la. 9 *qm̄* D.  *illa* om. gla.  10 *quom autem in* gl. at cf. 11, 10. 22, 2.  13 *tetragoni et trigoni* DR, *ΘΙΤραγονι et ϑειγονι* g. 16 *effecit* DR. *polygonie afficit* g. *efficit* l.  *latu: latasatisseptimo* D.  20 *matur. ut.* cf. Cels. II, 10: *feminis uterum non gerentibus.*  *potest* gla.  *octabo* D.

non editur (ab octavo enim signo ut a sexto inefficax
visus), sed vel nono mense vel decimo. sol enim a nono 12
zodio particulam conceptionis rursus conspicit *κατὰ τρί-
γωνον* et a decimo *κατὰ τετράγωνον*; qui conspectus,
ut supra iam dictum est, perquam sunt efficaces. Cete- 13
rum undecimo non putant nasci, quia languido iam radio
infirmum lumen *κατὰ ἑξάγωνον* mittatur; multo minus
duodecimo, unde conspectus pro nullo habetur. Itaque
secundum hanc rationem *ἑπτάμηνοι* nascuntur *κατὰ διά-
μετρον, ἐννεάμηνοι* autem *κατὰ τρίγωνον, δεκάμηνοι* vero
*κατὰ τετράγωνον*.

IX. Hac Chaldaeorum sententia explicata transeo 1
ad opinionem Pythagoricam Varroni tractatam in libro qui
vocatur Tubero et intus subscribitur de origine humana;
quae quidem ratio praecipue recipienda ad veritatem pro- 2
xime videtur accedere. Alii enim plerique, cum omnes
partus non uno tempore fiant maturi, una tamen eadem-
que tempora omnibus conformandis dederunt; ut Dioge-
nes Apolloniates, qui masculis corpus ait quattuor men-
sibus formari et feminis quinque, vel Hippon, qui diebus
LX infantem scribit formari, et quarto mense carnem
fieri concretam, quinto ungues capillumque nasci, septimo
iam hominem esse perfectum: Pythagoras autem quod 3

5 effic. sunt 7 *καϑ' ἑξάγ.* 14 inscribitur 19 masc. ait corp.

5 *eff. sunt* gl. 7 *καταͤξαγ.* R. 9 *ἑπτάμ.* om. g. *ΔΙΑ-ΜΗΤΡΟΝ* R. 10 enneaλahnoi D. *tetramhnoi* D. Graeca om. g spatio relicto. 13 *opin.* om. l. *Varro* „in logistorico qui inscribitur Tubero de origine humana" laudatur etiam Probo ad Virg. ecl. VI, 31. 14 *intus subscr.* D, *intus inscr.* g, *intus scr.* Rl. 15 *quod ad v. pr. videatur acc.* Cauchius. *proximae* D. 16 *alii* cf. Plut. pl. ph. V, 23. Galen. 36. 20 *ut Hipp.* gla. 22 *capillumve* DRm, *capillosve* g, *capillive* l. *capillumque* Carrio.

erat credibilius dixit, partus esse genera duo, alterum septem mensum, alterum decem, sed priorem aliis dierum numeris conformari, aliis posteriorem. eos vero numeros qui in unoquoque partu aliquid adferunt mutationis, dum aut semen in sanguinem aut sanguis in carnem aut caro in hominis figuram convertitur, inter se conlatos rationem habere eam quam voces habent quae in musice *σύμφωνοι* vocantur.

X. Sed haec quo sint intellectu apertiora, prius ali- 1
qua de musicae regulis huic loco necessaria dicentur, eo
quidem magis, quod ea dicam quae ipsis musicis ignota
sunt. nam sonos scienter tractavere et congruenti ordine 2
reddidere illos, ipsis autem sonis motuum modum men-
suramque invenere geometrae magis quam musici. Igi- 3
tur musica est scientia bene modulandi: haec autem est
in voce: sed vox alias gravior mittitur, alias acutior. Sin-
gulae tamen voces simplices et utcumque missae *φθόγ-
γοι* vocantur: discrimen vero, quo alter *φθόγγος* acu-
tior est, alter gravior, appellatur *διάστημα*. Inter infimam 4
summamque vocem multa esse possunt in ordine posita
[quae] diastemata alia aliis maiora minorave; ut est illud
quod *τόνον* appellant, vel hoc minus semitonion, vel duo-
rum triumve ac deinceps aliquot tonorum intervallum.
Sed non promisce voces omnes cum aliis ut libet iunctae

2 mensium  8 musica  20 posita diastemata, quae alia  22 ἡμιτόνιον  24 promiscue

4 *aliiquid* D. *ferunt* Rl, *ferant* g. 13 *illorum* Dgl, *illis* m. *illorum ἁρμονίαν* coni. Lachmann. *motium* D. 14 *geome'r'ae* D. 16 *emittitur* ga. 17 *emissae* DRg. 17.18 *φθόνγοι—φθόνγος* DR. 20 *non ord.* gl. 21 *quae* delendum potius videtur, quam cum Carrione post *diastemata* ponendum, et om. a. 23 *aliquod* Dga. 24 *promiscae* DR, *promixte* g, *permixtae* l. *promiscue* Modius lectt. novant. ep. 35.

concordabiles in cantu reddunt effectus. Ut litterae nos- 5
trae, si inter se passim iungantur et non congruenter,
saepe nec verbis nec syllabis copulandis concordabunt,
sic in musica quaedam certa sunt intervalla quae sym-
phonias possint efficere. Est autem symphonia duarum 6
vocum disparium inter se iunctarum dulcis concentus.
Symphoniae simplices ac primae sunt tres, quibus reli-
quae constant; una duorum tonorum et semitonii habens
*διάστημα*, quae vocatur *διὰ τεσσάρων*, alia trium et se-
mitonii, quam vocant *διὰ πέντε*: tertia est *διὰ πασῶν*,
cuius *διάστημα* continet duas priores. est enim vel 7
sex tonorum, ut Aristoxenus musicique adseverant, vel
quinque et duorum semitoniorum, ut Pythagoras geome-
traeque, *qui* demonstrant *II* semitonia tonum complere
non posse. quare etiam huiusmodi intervallum Plato abu-
sive semitonion, proprie autem *διάλειμμα* appellat. Nunc 8
vero ut liquido appareat quemadmodum voces nec sub
oculos nec sub tactum cadentes habere possint mensuras,

4 certa quaed. 8 *sqq.* hemit. 9 altera 15 Platoni 16 *ἡμιτόνιον*, *δίεσις* vel *λεῖμμα* adpellatur 17 ut aliquid adp.

4 *certa quaed.* gl. 8 *duo tonorum* D. 9 *al^i a* D, *altera* g. 12 *Arestox.* D. Aristoxenus semitonion putavit toni esse dimidium, v. el. harm. II p. 46, quod negarunt duo semitonia esse, maius et minus, affirmantes Pythagorei, cf. Theon Sm. is. p. 82. 102. Bull. Ptol. harm. 10. Boeth. mus. I, 33. III, 1 sqq. Nicomach. harm. II, p. 27. 14 *qui* om. DRgla. *qui* add. Carrio. *demonstrant enim* Cauchius. *III semit.* DRgla. *II* ed. Rost. 15 sq. *Platoni — appellantur* Carrio contra codd. 16 *propriae* D. *deallimma* DR, i. e. *διάλειμμα*, quod scripsi, quanquam aperte falsum est. *diesis vel lima* gl (*luna* a), quod ex interpolatione ortum. Cf. Macrob. in Cic. somn. Sc. II, 1: *Plato semitonium limma vocitavit.* Censorinus Platonis potius interpretes quam ipsum Platonem ante oculos habuisse videtur, qui nullo horum vocabulorum usus est. 17 *liquide* R, *liquido* Dgl, ut corr. Markland. ad Stat. silv. II, 3, 55. *neque — neque* gl. 18 *cadentis* D. *possit* D.

admirabile Pythagorae referam commentum, qui secreta naturae servando reperit phthongos musicorum convenire ad rationem numerorum. Nam chordas aeque crassas parique longitudine diversis ponderibus tetendit, quibus saepe pulsis nec phthongis ad ullam symphonian concordantibus pondera mutabat, et identidem frequenter expertus postremo deprehendit tunc duas chordas concinere id quod est *διὰ τεσσάρων*, cum earum pondera inter se collata rationem haberent quam tria ad quattuor, quem phthongum arithmetici Graeci *ἐπίτριτον* vocant, Latini supertertium. At eam symphonian quae *διὰ πέντε* dici- 9
tur ibi invenit ubi ponderum discrimen in sesqui*alte*ra proportione *est*, quam duo faciunt ad tria collata, quod *ἡμιόλιον* appellant. Cum autem altera chorda duplo maiore pondere quam altera tenderetur et esset *διπλασίων λόγος*, *διὰ πασῶν* sonabat. Hoc et in tibiis si conveni- 10
ret temptavit, nec aliud invenit. Nam quattuor tibias pari cavo paravit, impares longitudine, primam verbi causa longam digitos VI, secundam tertia parte addita id est digitorum VIII, tertiam digitorum VIIII sescuplo longiorem quam primam, quartam vero XII digitorum, quae primam longitudine duplicaret. His itaque inflatis et bi- 11

2 scrutando 5 symphoniam 6 id ident. 11 symphoniam 22 sesquitertia est prop. 15 *διπλασίῳ* locus

1 *Pyth.* cf. Iambl. v. Pyth. 26. Boeth. mus. I, 10 sq. Macrob. in Cic. s. Sc. II, 1. Nicom. harm. I p. 10 sqq. 2 *servando* DRgl, *serrando* a. Cf. Virg. Aen. VI, 338 *sidera servat.* 3 *cordas* D. 4 *aequis pond.* Cauchius. *pund.* D. 5 *thongis* D. *nec* om. Manut., qui coni. *nullam. illam* m. *unam* Cauchius. *simph.* D. 6 *frequenter* delendum putat Vinetus. 10 *ptongon* D. *epitriton* DRga. 11 *ad* DRgl. 12 *ᵘbi* R. *u* eras. in D. *in ponderum discrimine in s.* gla. *ibi invenitur in p. discrimine* m. *sesquipletra* D ms Almel., *sesquipetra* R, *sesquitertia* gl, *sesquialtera* m, ut corr. Scaliger et Vinetus. 13 *est* om. DRgl. 14 *hemilion* D. 15 *diplasion locus* DRg. *διπλασίων λόγος* corr. Scaliger.

narum facta conlatione omnium musicorum auribus ad-
probavit primam et secundam reddere eam convenien-
tiam quam reddit *διὰ τεσσάρων* symphonia, ibique esse
proportionem supertertiam; inter primam vero ac tertiam
tibiam, ubi sescupla proportio est, resonare *διὰ πέντε*;
primae autem quartaeque intervallum, quod habet duplam
*pro*portionem, *διάστημα* facere *διὰ πασῶν*. Sed inter 12
tibiarum chordarumque naturam hoc interest, quod tibiae
incremento longitudinis fiunt graviores, chordae autem
augmento additi ponderis acutiores: utrobique tamen eadem
proportio est.

XI. His expositis, forsitan quidem obscure, sed quam 1
potui lucidissime, redeo ad propositum, ut doceam quid
Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium
senserit. Primum, ut supra memoravi generaliter, duos 2
esse partus omnino dixit, alterum minorem, quem vocant
septemmestrem, qui decimo et ducentesimo die post con-
ceptionem exeat ab utero, alterum maiorem decemmes-
trem, qui edatur die ducentensimo septuagensimo quarto.
Quorum prior ac minor senario maxime continetur nu-
mero. Nam quod ex semine conceptum est, sex, ut 3
ait, primis diebus umor est lacteus, deinde proximis octo
sanguineus; qui octo cum ad primos sex accesserunt,
faciunt primam symphonian *διὰ τεσσάρων*. tertio gradu
novem dies accedunt iam carnem facientes: hi cum sex
illis primis collati sescuplam faciunt rationem et secundam

11 est ead. pr. 12 quidem *om.* 16 omnino *om.*

1 *adprobabit* (v above b) D. 2 *prima* D. 3 *dia tess.* Dl. 4 *portion.* Dgl. 5 *portio* Dgl. *dia pente* D. 7 *port.* DRgl. *diast. f. dia pas.* D. 10 *utr. — est* om. la. *utrub.* D. 11 *portio* Dg. 14 *pertinerent* la. *qui ad p. pertinerent* g. *pertinere* m. 16 *dixi* am. 19 *septuagesimo* R. 24 *dia tess.* D. 26 *secundum* D.

symphonian *διὰ πέντε*. tum deinceps sequentibus duo-
decim diebus fit corpus iam formatum: horum quoque
ad eosdem sex conlatio tertiam *διὰ πασῶν* reddit sym-
phonian duplici ration*i* subiectam. Hi quattuor numeri 4
VI VIII VIIII XII coniuncti faciunt dies XXXV. Nec
immerito senarius fundamentum gignendi est: nam eum
*τέλειον* Graeci, nos autem perfectum vocamus, quod eius
partes tres, sexta et tertia et dimidia, id est unus et duo
et tres, eundem ipsum perficiunt. Sed ut initia seminis 5
et lacteum illud conceptionis fundamentum primitus hoc
numero absolvitur, sic hoc initium formati hominis et
velut alterum maturescendi fundamemtum, quod est quin-
que et triginta dierum, sexies ductum, cum ad diem du-
centensimum decimum pervenit, maturum procreatur. Al- 6
ter autem ille partus, qui maior est, maiori numero con-
tinetur, septenario scilicet, quo tota vita humana finitur,
ut et Solon scribit et Iudaei in dierum omnium nume-
ris secuntur et Etruscorum libri rituales videntur indi-
care. Hippocrates quoque aliique medici in corporum
valetudinibus non aliud ostendunt: nam septimum quem-
que diem crisimon observant. Itaque ut alterius partus 7
origo in sex est diebus, post quos semen in sanguinem
vertitur, ita huius in septem; et ut ibi quinque et tri-

4 ratione 20 namque 21 *κρίσιμον*

1 *dia pente* D. 3 *dia pason* D. 4 *dupli* Cauchius. *ratione* DRgl. *numerii* R. 5 ∞v D. 7 *telion* D, *τελιον* Rg. 8 sq. *sexta — tres* om. a. 10 *illum* D. 13 *sex. duct.* cf. Gell. I, 20, 5 de cubo: *cum ter terna ducuntur*. Sch. Germ. p. 108 Buhl.: *quater ductus*. Cf. Has. in Bredow. epist. Paris. p. 222. 17 *Solon* cf. c. 14, 4. 7. 18 *secuntur* D, *sequuntur* Rgl. *et* om. D. *rit. libri* cf. c. 17, 5. Müller. Etr. II p. 30 sq. 19 *Hippocratis* D. 20 *namque* g. 23 *ita huius* D, *ita et huius* R, *ita ut huius* g.

ginta diebus infans membratur, ita hic pro portione diebus fere quadraginta. Quare in Graecia dies habent quadragesimos insignes. namque praegnans ante diem quadragesimum non procedit in fanum, et post partum quadraginta diebus pleraeque fetae graviores sunt nec sanguinem interdum continent, et parvuli ferme per hos *infirmi*, morbidi, sine risu nec sine periculo sunt. ob quam causam, cum is dies praeteriit, diem festum solent agitare, quod tempus appellant *τεσσερακοσταῖον*. Hi igitur 8
dies quadraginta per septem illos initiales multiplicati fiunt dies ducenti octoginta, id est hebdomades quadraginta: sed quoniam ultimae illius hebdomadis primo die editur partus, sex dies decedunt et ducentensimus septuagensimus quartus observatur. qui numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conspectum subtiliter congruit: nam cum signiferum orbem diebus CCCLXV et 9
aliquot horis sol circumeat, quarta necesse est parte dempta, id est diebus LXX*XXI* aliquotque horis, tres quadras reliquis diebus CCLXXIIII non plenis percurrat usque dum perveniat ad id loci unde conceptionis initium quadratus aspiciat. Unde autem mens humana dies 10

4 prodit   6 hos dies   infirmi *om.*   8 praeterit   9 *τεσσαρακοστόν*   19 ducentis septuaginta quinque

1 *pro portitione* D, *proportione est* l, *proportio est* g.
4 *pro*[ce]*dit* D.   5 *pl. fere* R. *fete* g.   6 *parvoli* D.   *per hos fere m.* D, *per os fere m.* l, *p. h. ferme m.* R, unde *per hos infirmi morb.* corr. Lachmann.   7 *morbidissime risu* g, *morbis dissimili* l. Cf. Ioh. Lyd. de mens. IV, 21 p. 69.   8 *praeterit* DRg, *praeteriit* l.   *agitare .. quod* (ras.) D.   9 eccepakoctenu D, tecccpakoctenu R, *τεσσερακοστεπη* g. *τεσσερακοσταῖον* corr. Lachmann.   *Hii* D.   11 *duocenti* D.   12 *hebdomadae* D, *ebdomadas* R.   13 *ducentes. septuages. partus* R.   16 *dies* D.
18 *LXXII* DRg, *LXXII et uno* l.   *aliquodque* D.
17 *CCLXXIIII* DRgl.   19 *quadr.* cf. Tertull. adv. Marc. I, 18: *Saturnus quadratus aut Mars trigonus.*

istos commutationis speculari et arcana naturae *rim*ari
potuerit, nemo miretur. haec enim frequens medicorum
experientia pervid*i*t, qui cum multas animadverterent se-
men non retinere conceptum, conpertum habuerunt id
quod intra sex dies septemve eiciebatur esse lacteum,
et vocaverunt ἔκρυσιν, quod postea autem sanguineum,
idque ἐκτρωσμὸς appellatur. Quod vero ambo partus vi- 11
dentur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras in-
parem laudat, tamen a secta non discrepat. duo enim
inpares CCVIIII et CCLXXIII dicit expleri, ad quorum
consummationem aliquid ex sequentibus accedere, quod
tamen diem solidum non afferat. Cuius exemplum vi- 12
demus tam in anni quam mensis spatio servasse natu-
ram, cum et anni imparem dierum trecentorum sexaginta
quinque numerum aliquanto cumulaverit et mensi lunari
ad dies undetriginta aliquid addiderit.

XII. Nec vero incredibile est ad nostros natales mu- 1
sicam pertinere. haec enim sive in voce tantummodo est,
ut Socrates ait, sive, ut Aristoxenus, in voce et corporis
motu, sive in his et praeterea in animi motu, ut putat
Theophrastus, certe multum obtinet divinitatis et animis
permovendis plurimum valet. Nam nisi grata esset in- 2
mortalibus deis, qui ex anima constant divina, profecto ludi
scenici placandorum deorum causa instituti non essent,
nec tibicen omnibus supplicationibus in sacris aedibus

9 laudet duos 10 et CCLXXIX 14 CCCXLV 23 const. ex an.

1 *mirari* DR, *minari* l, *rimari* edd. vett. 3 *pervidet* DRgm, *providet* l. 4 *habuerint id in quod* D. 6 ΕΚΚΡΥCΙΝ D. 8 *inpartem* Rg, *inparentem* l. 9 *laudet* DR, *laudat* gl. 11 *exequent.* D. 19 *uti Socr.* D. *Aristox.* in libro περὶ μουσικῆς v. Mahne de Arist. p. 137 sqq. 21 *theofr.* D. Thephrastus in libro περὶ μουσικῆς, de quo v. Menag. ad Diog. L. V, 47. 25 *sacr. omnibus* Cauchius.

adhiberetur, non cum tibicine aut ***tubicine*** triumphus age-
retur Marti, non Apollini cithara, non Musis tibiae cete-
raque id genus assent attributa, non tibicinibus, per quos
numina placantur, esset permissum aut ludos publice fa-
cere ac vesci in Capitolio, aut Qui*n*quatribus minusculis,
id est idibus Iuniis, urbe*m* vestitu quo vellent persona-
tis temulentisque pervagari. Hominum quoque mentes 3
et ipsae, quamvis Epicuro reclamante, divinae suam na-
turam per cantus agnoscunt. Denique quo facilius suf-
ferant laborem, vel in navis m*o*tu a *r*ectore symphonia
adhibetur: legionibus quoque in acie dimicantibus etiam
metus mortis classico depellitur. Ob quam rem Pytha- 4
goras, ut animum sua semper divinitate imbueret, prius-
quam se somno daret et cum esset expergitus, cithara
ut ferunt cantare consueverat, et Asclepiades medicus
phreneticorum mentes morbo turbatas saepe per sym-
phonian suae naturae reddidit. ***H***erophilus autem, artis

1 aut tubicine *om.* 2 Marti *om.* 10 metu a vectore
12 Quamobrem 16 symphoniam 17 Erophilus

1 *cum* om. Rgm. *aut triumphus* D. unde inserendum putavi *tubicine*, quod facile omitti potuit. Secundum Plut. Marc. 22 tubicinibus comitabatur triumphator, tibicinibus ovans. *aut* om. Rgl. 2 *Marti* om. edd. vett., add. DRl, et reponi iussit Wesseling. obss. II, 13. *monti* g. *chitara* D, *citharae* R. 3 *tibic.* cf. Varr. L. L. VI p. 200. Ovid. fast. VI, 645 sqq. Liv. IX, 30. Fest. s. v. *min. quinq.* Plut. qu. Rom. 55. Val. Max. II, 5, 4. 5 *capitulio* D. *quidpatribus minus oculis* D, *quid patribus inmusoculis* g. *quidquatr.* R. 6 *urbes* DRg. corr. Cauchius. *vestito* D. 8 *Epicoro* D. *divinam* coni. Meursius ex. cr. II. Pontan. ad Macr. in somn. Sc. II, 3. 10 *metu* DRgl. *motu* Almelov. *meatu* aut *metatu* Lindenbrog. Pontan. ad Macrob. in somn. Sc. II, 3. *vectore* DRgl. Nihil h. l. mutandum edixit Voss. ad Val. Fl. IV, 85. De celeumate v. Blomfield. gl. Aesch. Pers. 403. 12 *ob q. r.* D, *ob quam causam* g, *q. ob r.* Rm. *Pythag.* cf. Iambl. v. Pyth. I, 25. 14 *sythara* D. 15 *Asclepiadis* D. 16 *frenet.* D. 17 *Ieroph.* DR. Cf. Marc. Cap. IX, 926 ib. Kopp. Galen. π. προγν. σφυγμ. II, 3 t. IX p. 278. *mortis eiusdem* D.

eiusdem professor, venarum pulsus rhythmis musicis ait
moveri. Itaque si et in corporis et animi motu est har- 5
monia, procul dubio a natalibus nostris musica non est
aliena.

XIII. Ad haec accedit quod Pythagoras prodidit hunc 1
totum mundum musica factum ratione, septemque stellas
inter caelum et terram vagas, quae mortalium geneses
moderantur, motum habere enrythmon et intervalla mu-
sicis diastematis congrua, sonitusque varios reddere pro
sua quam*que* altitudine ita concordes, ut dulcissimam qui-
dem concinant melodian, sed nobis inaudibilem propter
vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum an-
gustiae non possint. Nam ut Eratosthenes geometrica 2
ratione collegit maximum terrae circuitum esse stadio-
rum ducentum quinquaginta duum milium, ita Pythago-
ras quot stadia inter terram et singulas stellas essent
indicavit. Stadium autem in hac mundi mensura id po-
tissimum intellegendum est quod Italicum vocant, pedum
sexcentorum viginti quinque: nam sunt praeterea et alia
longitudine discrepantia, ut Olympicum, quod est pe-
dum sexcentum, item Pythicum pedum ∞. Igitur ab 3
terra ad lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circi-
ter centum viginti sex milia, idque esse toni intervallum;

8 εὔρυϑμον 11 melodiam 13 possunt 22 ad om.

2 *et in an.* gl. 5 *accidit* D (a 2 m. supr. *e*) R. 8 *enrythm.* om. g. 9 *arte* add. m. 10 *quaeque* DRv, *quoque* g. *quamque* quidam apud Manut. 11 *concinent* v. 12 *carpere* D. *ang. nequeunt* g. 13 *Erastosth.* D. cf. Bernhardy Erat. p. 57 sqq. Ideler. Abh. d. Berl. Acad. 1825 p. 176 sqq. 14 *colligit* Rgl. 16 *in terram* R. 17 *stadium* cf. Ideler. Abh. d. Berl. Acad. 1826 p. 12 sqq. Krause Gymn. u. Agon. I p. 134 sqq. 19 *sesc. vigenti* D. 21 ∞ om. v. *D* scribendum censet Ideler. l. l. p. 14. 22 *Pythag.* cf. Boeckh. in Daubii et Creuzeri Stud. p. III p. 87 sqq.

a luna autem ad Mercurii stellam, quae stilbon vocatur, dimidium eius, velut semitonion; hinc ad phosphoron, quae est Veneris stella, fere tantundem, hoc est aliud semitonion; inde porro ad solem ter tantum, quasi tonum et dimidium. Itaque solis astrum abesse a terra 4
tonos tres et dimidium, quod vocatur διὰ πέντε, a luna autem duos et dimidium, quod est διὰ τεσσάρων. A sole vero ad stellam Martis, cui nomen est pyrois, tantundem intervalli esse quantum a terra ad lunam, idque facere tonon; hinc ad Iovis stellam, quae phaet*h*on appellatur, dimidium eius, quod faciat semitonion; tantundem a Iove ad Saturni stellam, cui ph*a*enon nomen est, id est aliud semitonion; inde ad summum caelum, ubi signa sunt, perinde semitonion. Itaque a caelo summo ad so- 5
lem diastema esse διὰ τεσσάρων, id est duorum tonorum et dimidii, a*d* terrae autem summitatem ab eodem caelo tonos esse sex, in quibus sit διὰ πασῶν symphonia. Praeterea multa quae musici tractant ad alias retulit stellas et hunc omnem mundum enarmonion esse ostendit. Quare Dorylaus scripsit esse mundum organum dei: alii addiderunt esse id ἑπτάχορδον, quia septem sint vagae

1 usque ad σπίλβων 2 veluti ἡμιτόνιον φώσφορον 4 ἡμιτόνιον 8 πυρόεις 10 τόνον φαέθων 11 ἡμιτόνιον 12 φαίνων 13 ἡμιτόνιον 14 ἡμιτόνιον 19 ἐναρμόνιον 20 esse hunc m. 21 idem τὸ χορεῖον sunt

1 *usque ad* g. *Mercorii* D. *stilon* Dv. 2 *bosphoron* v. 5 *a.strum* D (ras.) 6 *dia pente* Dg, *diap.* v. 7 *dia tessaron* Dgv. 8 *pyrois* Dv, *pyroeis* R. 10 *pheton* Dv, *phaeton* R. 11 *hemit.* DR, *semit.* v. 12 *a ioui* v. *phenon* DR, *amphenon* v. 13 *item aliud* Cauchius. 14 *proinde* m. 15 *dia tessaron* Dv. 16 *dimidiaterrae* (*i* superscr.) D. *ad* om. Rg. *summitate* R. *ad eod.* D. 17 *diapason* Dgv. 18 *multa que* D. *ad alias* om. R. 19 *et in hunc* (*hoc* superscr.) *m.* v. 20 *esse hunc mund.* Rv. 21 IDESTTAXORAON D, *id est taxopaon* R, *esse idem taxoraon* v,

stellae, quae plurimum moveantur. Sed his omnibus sub- 6
tiliter tractandis hic locus non est; quae si vellem in unum
librum separatim congerere, tamen in angustiis versarer:
quin potius, quoniam me longius dulcedo musicae abdu-
xit, ad propositum revertor.

XIV. Igitur expositis iis quae ante diem natalem 1
sunt, nunc ut climacterici anni noscantur, quid de gra-
dibus aetatis humanae sensum sit dicam. Varro quinque 2
gradus aetatis aequabiliter putat esse divisos, unumquem-
que scilicet praeter extremum in annos XV. Itaque primo
gradu usque ad annum XV pueros dictos, quod sint
puri, id est inpubes. secundo ad tricensimum annum
adulescentes ab alescendo sic nominatos. in tertio gradu
qui erant usque quinque et quadraginta annos, iuvenes
appellatos eo quod rempublicam in re militari possent
iuvare. in quarto autem adusque sexagensimum annum
seniores vocitatos, quod tunc primum senescere corpus
incipiat. inde usque finem vitae uniuscuiusque quintum
gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod

4 musica 13 ab adolescendo 15 possunt 17 sen. esse voc.

*esse idem esse taxoraon* g, *idem ταχοραιον* l, *idem caxomon* m. *id ἑπτάχορδον* corr. Scaliger et Rutgers. lectt. Venus. c. 3 p. 249. *qui sept.* R. 3 *tantum tamen* v. 4 *musica* .. (ras.) D, *musica* g, prob. Modio lectt. novant. ep. 89: *musicae* Rl. 5 *revertar* v. 6 *his* R. 7 *climacterica* D. 8 *senserim sic dic.* glm. *Varro* scripsit de gradibus teste Servio ad Virg. Aen. V, 412. Idem ad v. 295: „Aetates omnes Varro sic dividit, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuventam, senectam." 11 *ad* om. R. *pueros* cf. Non. p. 156 s. v. „*pueritia*, puritas. Varro rer. div. I: quae pueritia est infrequens polluta." 12 *secundus* D, *secundos* R. 13 *allescendo* DR, *adolescendo* g. *olescendo* coni. Meurs. ex. cr. II, p. 236. cf. Paul. s. v. *adolescit* p. 5 M. 14 *erat* D. *iuvenis appellatus* D. 15 *possent* DRgl. 16 *adusque ad* (eras.) D, *usque ad* Rg. 17 *seniores* cf. Varro in libris ad Ciceronem apud Serv. ad Virg. Aen. V, 409. VI, 304.

ea aetate corpus senio iam laboraret. Hippocrates me- 3
dicus in septem gradus aetates distribuit. finem primae
putavit esse septimum annum, secundae quartum deci-
mum, tertiae duodetricensimum, quartae tricensimum quin-
tum, quintae duo et quadragensimum, sextae quinqua-
gensimum sextum, septimae novissimum annum vitae hu-
manae. Solon autem decem partes fecit, et Hippocratis 4
gradum tertium et sextum et septimum singulos bifariam
divisit, ut unaquaeque aetas annos haberet septenos.
Staseas peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas 5
addidit duas, et spatium plenae vitae quattuor et octo-
ginta annorum esse dixit; quem terminum si quis prae-
terit, facere idem quod stadiodromoe ac quadrigae fa-
ciunt, cum extra finem procurrunt. Etruscis quoque li- 6
bris fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus
describi Varro commemorat. † quae duo ad decies sep-

3 esse *om.* 7 part. fec. dec. 13 *σταδιοδρόμοι*

1 *iam sen. lab.* Rg (*laboren*). Post *laboraret* in D legitur *hinc ad phosphoron quae est Veneris stella fere tantumdem hoc est aliud semitonion.* v. 13, 9. *Hippocratis* D. Eius verba haec servavit Philo de mundi opif. p. 26 M. (cl. Poll. on. II, 1): *Ἐν ἀνθρώπου φύσει ἑπτά εἰσιν ὧραι, ἃς ἡλικίας καλέουσι, παιδίον, παῖς, μειράκιον καὶ αἱ λοιπαί. καὶ παιδίον μέν ἐστι ἄχρις ἑπτὰ ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῆς· παῖς δ' ἄχρι γονῆς ἐκφύσεως, εἰς τὰ δὶς ἑπτά· μειράκιον δ' ἄχρι γενείου λαχνώσεως ἐς τὰ τρὶς ἑπτά· νεανίσκος δ' ἄχρις αὐξήσιος ὅλου τοῦ σώματος ἐς τὰ τετράκις ἑπτά· ἀνὴρ δ' ἄχρις ἑνὸς δέοντος πεντήκοντα, ἐς τὰ ἑπτάκις ἑπτά· πρεσβύτης δ' ἄχρι πεντήκοντα ἕξ, ἐς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ· τὸ δ' ἐντεῦθεν γέρων.* Hinc Censorini verba corrigi iussit Valckenaer. de Aristob. p. 103. 3 *esse* om. Rg. 9 *ut* om. D. 10 *Staseas* Neapolitanus, v. 14, 10. Cic. de or. I, 22, 104. de fin. V, 3, 8. 25, 75. 14 *et rursus quoque* D. *libri fatales* commemorantur Liv. V, 14, 4. XXII, 9, 8. XLII, 2, 6. Arnob. VII, 47. Serv. ad Virg. Aen. II, 140. Verum hisce locis vix a libris Sibyllinis distinguuntur, nostros vero Müller. Etrusk. II p. 31 a ritualibus (vid. c. 11, 6) haud diversos esse aut fortasse *ritualibus* hic quoque scribendum censet. 16 Haec ad doctrinam pertinent, qua fata differri posse antiqui censebant, v. Lobeck.

tenos annos posse fatalia deprecando rebus divinis proferre, ab anno autem LXX nec postulari debere nec posse a deis inpetrari. ceterum post annos octoginta quattuor a mente sua homines abire, neque his fieri prodigia. Sed ex iis omnibus proxime videntur accessisse 7
naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt. Fere enim post septimum quemque annum articulos quosdam et in his aliquid novi natura ostendit, ut et in elegia Solonis cognoscere datur. ait enim in prima hebdomade dentes homini cadere, in secunda pubem apparere, in tertia barbam nasci, in quarta vires, in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam, in sexta cupiditatibus tem-

1 posset proferri 2 octogesimo 3 ab diis

Aglaoph. p. 315. De Etruscis ita Servius ad Virg. Aen. VIII, 398: „Sed hanc imminentium malorum dilationem Etrusci libri primo loco a Iove dicunt posse impetrari, postea a fatis — sed sciendum, secundum artis aruspicinae libros et sacra Acheruntia (cf. Arnob. II, 61), quae Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri." Similiter docuerunt fulmina prorogativa differri posse, et privata quidem non ultra decimum, publica non ultra tricesimum annum, v. Senec. qu. nat. II, 48. Non plane cum hisce consentiunt quae tradit Servius ad Virg. Aen. IV, 653: „Tribus vita humana continetur, natura, cui ultra CXX solstitiales annos concessum non est; fato, cui nonaginta anni, hoc est tres Saturni cursus exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium eius superet cursum; fortuna id est casu, qui ad omnia pertinet quae extrinsecus sunt." cf. Gell. XIII, 1. Müller. Etr. II p. 338. Nostri scriptoris verba corrupta esse apparet, quorum cum certam medelam non haberem, exhibui ut leguntur in D. *quae dum ad dec.* R, *quae quam ad dec.* m, *quom ad dec.* g, *quidem etiam* l. *quae quidem ad dec.* corr. Modius lectt. novant. ep. 27. *quae ad duodecies sept.* em. Scaliger et Lindenbr. *quae deinde ad dec.* coni. I. Cannegieter de notis p. 317. *quam dumtaxat ad dec.* vel *quam ad decies* Lachmann. 1 *posse* DRg, *possit* l, *posset* edd. vett. *proferre* DRgl. *proferri* Modius l. l. Carrio. 3 *impetrare* g. 6 *ebd.* DR. 8 *in legia* Rg. 9 *Solonis* v. fr. 23 Schn. Post *ait enim* sequitur in DRg *temporum si veterum* etc., quae leguntur c. 17, 10. cf. ad 6, 10 et prolegg. *ebd.* DR. 11 *tertiam* D. 12 *temptari* R, *tentari* g.

perari, in septima prudentiam linguamque consummari,
in octava eadem manere (in qua alii dixerunt oculos
albescere), in nona omnia fieri languidiora, in decima
hominem fieri morti maturum. * * tamen in secunda heb-
domade vel incipiente tertia vocem crassiorem et inae-
quabilem fieri, quod Aristoteles appellat *τραγίζειν*, anti-
qui nostri irquitallire, et inde ipsos putant irquitallos ap-
pellari, quod tum corpus ircum olere incipiat. de tertia 8
autem aetate adulescentulorum tres gradus esse factos
in Graecia priusquam ad viros perveniatur, quod vocent
annorum XIIII *παῖδα*, *μελλέφηβον* autem XV, dein se-
decim *ἔφηβον*, tunc septendecim *ἐξέφηβον*. Praeterea 9
multa sunt de his hebdomadibus quae medici ac philo-
sophi libris mandaverunt, unde apparet, ut in morbis dies
septimi suspecti sunt ac crisim*oe* dicuntur, ita per om-
nem vitam septimum quemque annum periculosum et
velut crisimon esse et climactericum vocitari. Sed ex 10
his genethliaci ali*o*s aliis difficiliores esse dixerunt, et
nonnulli eos potissimum quos ternae hebdomades confi-

7 hirquit. 8 hircum 9 adol. 12 tum 15 *κρίσιμοι*
17 *κρίσιμον* *κλιμακτηρικὸν* vocari

2 *octaba* D. *in qua — languidiora* om. Rga, habent Dldm. 3 *hebescere* coni. Lindenbr. *albescere* def. Triller obss. critt. IV, 23. *in nona hom.* g. 4 *tum etiam* Almel. Facile apparet excidisse hic quaedam accuratioris disputationis de nominibus, quibus Graeci aetatis gradus significabant. Aristophanes Byzantius scripsit *περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν*, v. Valcken. anim. ad Ammon. I, 12 p. 51 sq. 5 *iam aeq.* la. 6 *Arist.* hist. an. VII, 1. *tragizin* DRg. Cf. Galen. ad Hippocr. epid. t. XVII B. p. 73 cl. t. IV p. 172. 7 *irquit.* cf. Paul. s. v. *hirquitalli,* ibi Müller p. 101. Gloss. Labb. *hirquitali τραγίζοντες.* 8 *elere* D. 11 *παδα* Dg. *mellephoebon* DR. *diem XVI* g. 12 *ephoebon* DR. eξeφoιbon D, eξeφibon R. 13 *hebd.* cf. Valckenaer. de Aristob. p. 102 sqq. 15 *crisimie* D, *crisimiae* R, *et crissimiae* ga. v. ad 4, 11. 17 *vocari* g. 18 *alias aliis* DRg. 19 *ternas* D.

ciunt putant observandos, hoc est unum et vicensimum,
et quadragensimum secundum, dein tertium et sexagensimum, postremum octogensimum et quartum, in quo
Staseas terminum vitae defixit. Alii autem non pauci 11
unum omnium difficillimum climactera prodiderunt, anno scilicet undequinquagensimo, quem complent anni septies septeni; ad quam opinionem plurimorum consensus inclinat: nam quadrati numeri potentissimi ducuntur. De- 12
nique Plato ille veniat *veteris* philosophiae sanctissimus, qui quadrato numero annorum vitam humanam consummari putavit, sed novenario, qui complet annos octoginta et unum. Fuerunt etiam qui utrumque reciperent numerum, undequinquagensimum et octogensimum unum, et minorem nocturnis genesibus, maiorem diurnis ascri-
berent. Plerique [aliter moti] duos istos numeros subti- 13
liter discreverunt, dicentes septenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere; hunc medicinae corporis et Apollini attributum, illum Musis, quia morbos animi, quos appellant *πάθη*, musice lenire ac sanare consueve-
rit. Itaque primum climactera annum quadragensimum 14

5 *κλιμακτῆρα* 9 venia caeterorum philosophus 10 qui *om.* 11 sed *om.* 15 plerique aliter moti 19 musica 20 *κλιμακτῆρα*

6 *uno de quinq.* DRg. 9 *veniat ceteris philosophiae sanctissimus qui qu.* DRgl ms Ahnel., quod leni mutatione correxi. *venia ceterorum, philosophorum sanctissimus* coni. Cauchius. *venia ceterorum, philosophiae scientissimus* coni. Manutius. *venia ceterorum, philosophus sanctissimus* Carrio. qui omnes *qui* omittunt. 11 *scilicet nov.* g. 12 *recipiant* gl. 13 *unde L et LXXX unum* D. 14 *scriberent* Rla, *scriberem* g. 15 *aliter moti* corruptum videtur. Lachmannus ita intelligendum putat, in alio exemplari *plerique* fuisse, in alio *multi*. 16 *decreverunt* D, *decreveř* in marg. *dis* R. 18 *Apoll.* cf. Spanh. ad Call. h. Del. 251. Valcken. de Aristob. p. 115 sq. Plut. symp. IX, 3 p. 730: *ἡ ἐννεὰς ταῖς Μούσαις, ἡ δὲ ἑβδομὰς τῷ Μουσηγέτῃ προσκεκλήρωται.* 19 *pathe* DRgl. 20 *clamactera* D, *climactera* R, *climectera* g.

et nonum esse prodiderunt, ultimum autem octogensimum et unum; medium vero ex utroque permixtum anno tertio et sexagensimo, quem vel hebdomades novem vel septem enneades conficiunt. Hunc licet quidam pericu- 15
losissimum dicant, quod et ad corpus et ad animum pertineat, ego tamen ceteris duco infirmiorem. nam utrumque quidem supra dictum continet numerum, sed neutrum quadratum, et ut est ab utroque non alienus, ita in neutro potens. nec multos sane, quos vetustas claro nomine celebrat, hic annus absumpsit. Aristotele*n* Sta- 16
giriten reperi*o*: sed hunc ferunt naturalem stomachi infirmitatem crebrasque morbidi corporis offensiones adeo virtute animi diu sustentasse, ut magis mirum sit ad annos sexaginta tres eum vitam protulisse quam ultra non pertulisse.

XV. Quare, sanctissime Cerelli, cum istum annum 1
qui maxime fuerat corpori formidolosus sine ullo incommodo transieris, ceteros, qui leviores sunt, climacteras minus tibi extimesco, praesertim cum in te animi potius quam corporis naturam sciam dominari, eosque viros qui tales fuerunt non prius vita excessisse quam ad annum illum octogensimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitae et legitimum esse existimavit et habuit [legitimum]. Hoc anno et Dionysius Heracleotes ut vita 2

9 claros 10 Aristotelem Stagiritem 14 pertul. 15 protul. 23. 24 legitimum *om.*

3 *vel quem* Dg. 5 *quod ad c.* Rl, *quod corp.* g. 6 *non duco* g. Manut. 9 *claros* R. 10 *Aristoteles* D (postr. *s* in ras.) R. *Stagiriten repperit* D (*t* in ras.)R. *reperit* gla. *reperio* em. I. Guilielmus veris. III, 6. Cf. Diog. L. V, 6. Welcker Rhein. Mus. I p. 618 sq. 13 *magis* om. gla. 14 *pertulisse* Dg. 16 *Caerelli* D. 23 *extimavit* D. *habuit legitimum* DRgla. Cf. intpp. ad Diog. L. III, 3. Hermann, Plat. Phil. I p. 81 sq. 24 *Dionys.* Cf. Menag. ad Diog. L. VII, 166 sq.

abiret cibo abstinuit et contra Diogenes cynicus cibi cruditate in choleram solutus est. Eratosthenes quoque ille orbis terrarum mensor et Xenocrates Platonicus veteris academiae princeps ad eundem annum vixerunt. Non 3
pauci etiam per animi spiritum molestiis corporis superatis limitem istum transgressi sunt, ut Carneades, a quo tertia academia est, quae dicitur nova, qui ad annum nonagensimum *, vel Cleanthes, qui uno minus centum explevit. at Xenophanes Colophonius maior annorum centum fuit. Democritum quoque Abderiten et Isocraten rhetorem ferunt prope ad id aetatis pervenisse quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime senem fuisse et octo supra centum annos habuisse constat. Quodsi cultoribus sapientiae sive per animi virtutem seu 4
lege fati diutina obtigit vita, non despero quin te quoque diu corpore atque animo valentem longior maneat

7 qui ad annum nonagensimum * *om.* 10 Isocratem 11 Gorgiam

1 *Diog.* Diog. L. VI, 76: *λέγεται πρὸς τὰ ἐννενήκοντα ἔτη βιοὺς τελευτῆσαι.* 2 *solutum est* D. *Eratosth.* cf. Suid. s. v. Ἐρατοσθένης. Lucian. macr. 26. 3 *Xenocratis* D. Diog. L. IV, 15. Luc. macr. 20: *γενόμενος τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα.* 4 *achad.* DRg. 7 *nova vel Cleanthes qui ad annum nonagensimum uno min. cent. expl.* DRgla. Quae cum corrupta sint, et mirum videatur, non additam esse Carneadis aetatem, non dubitavi haec verba *qui ad annum non.* transponere. Cicero enim (Acad. II, 6, 16 cl. Valer. Max. VIII, 7, 5) Carneadem XC annos explevisse tradit, aliter ac Diog. L. IV, 65. Lucian. macr. 20. Apparet praeterea aliquid excidisse velut *accessit* et fortasse aliud quoque exemplum. 8 *Cleanth.* Luc. macr. 19. At Diog. L. VII, 176: *ὀγδοήκοντα ἔτη βιώσαντα τελευτῆσαί φασι.* 9 *Xenephan.* DR. Secundum Lucian. macrob. 20 LXXXXI annos vixit. at cf. Diog. L. IX, 18. 10 *Democr.* cf. Mullach. Democr. frgmm. p. 20 sqq. *Isocr.* Tzetz. chiliad. 9, 934 sqq. Isocratem supra centum annos vixisse testatur, Suid. s. v. *Ἰσοκρ.* annos CVI, alii brevius vitae spatium tradunt, Plut. v. X orr. p. 837 E. Luc. macr. 23. Cic. Cat. m. 5, 13. 11 *Gorg.* cf. Foss. de Gorg. Leont. p. 10. 16 *adque* D.

senectus. Quem enim veterum, *quorum* memoria*m* suspicimus, prudentia vel temperantia vel iustitia vel fortitudine tibi antistare dic*e*mus? quis eorum, si adesset, non in te omnium virtutum praedicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi erubesceret? Illud certe, ut arbitror, dignum est praedicatione, quod, cum illis ferme omnibus quamvis prudentissimis et procul a republica *re*motis non contigerit sine offensione et odio plerumque capitali vita*m* degere, tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in principibus tuae civitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum provincialium supergressus, non modo sine reprehensione et invidia semper fuisti, verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus es. Quis a te nosci 5
aut ex amplissimo senatus ordine non expetiit aut ex humiliore plebis non optavit? Quis mortalium vel te vidit vel de tuo nomine accepit, quin et loco fratris germani diligat et vice parentis veneretur? Quis ignorat probitatem primam, fidem summam, benignitatem incredibilem, modestiam verecundiamque singularem ceteraque huma-

1 veterum nunc memoria suspicimus, quem prud. 8 motis 15 expetivit 17 acceperit

1 *veterum nunc memoria suspicimus prud.* DR (in quo *suscepimus*) g (*suscepimus*). *vet.*, *quos nunc memor. suscepimus*, *prud.* Manutius. *vet.*, *quos nunc memoria accepimus, vel pr.* coni. Cauchius. *vet. nunc mem. susp.*, *quem prud.* Carrio. *memoriae susp.* coni. Falster. mem. obsc. p. 139. Recepi Lachmanni emendationem. *susp.* cf. Hildebrand. ad Arnob. I, 25. 3 *dicimus* DRgl. *dicemus* Manutius. 5 *erub$^{e}$isceret* D. 8 *motis* DRgl. *remotis* corr. Cauchius, et facile potuit RE post REP omitti. *motis* del. Modius lectt. novant. ep. 82. *multis* coni. Lachmann. 9 *vita* DRg. 10 *sacerdoti* R, *sacerdotis* g. 11 *equestr.* v. Marquardt hist. eqq. Rom. p. 87 sqq. 15 *expetit* D, *expetivit* g. 18 *et vice — ignorat* om. g. 19 *primam* Conieci *priscam*, sed non opus, v. Plin. X, 34,52: *pudicitia illis prima.*

nitatis officia penes te unum esse, et quidem maiora quam
possint digne a quoquam referri? Quare et ego his 6
nunc commemorandis supersedebo. de eloquentia quoque sileo, quam omnia nostrarum provinciarum tribunalia, omnes praesides noverunt, quam denique urbs Roma et auditoria sacra mirata sunt. haec se et ad praesens et in futura saecula satis ipsa nobilitat.

XVI. Nunc vero quatenus de die natali scribo meum 1
munus inplere conabor, tempusque hodiernum, quo maxime flores, quam potero lucidissimis notis signabo; ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noscetur. Tem- 2
pus autem non diem tantummodo vel mensem vel annum vertentem appello, sed et quod quidam lustrum aut annum magnum vocant, et quod saeculum nominant.
Ceterum de aevo, quod est tempus unum et maximum, 3
non multum est quod in praesentia dicatur. est enim inmensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit et semper futurum est, neque ad quemquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria di- 4
viditur tempora, praeteritum, praesens, futurum. *e* quibus praeteritum initio caret, exitu futurum, praesens autem, quod medium est, adeo exiguum et inconprehensibile est ut nullam recipiat longitudinem neque aliud esse videatur quam transacti futurique coniunctio, adeo porro instabile ut ibidem sit numquam, et quidquid trans-

20 ex

4 *prov. nostr.* Rg. 5 *praesides* cf. Walter R. Rechtsg. p. 316. *noveř* R, *novere* g. 6 *audit. sacra* cf. Auson. grat. act. p. 720. Symm. epp. VIII, 17. Gothofr. gloss. nom. Brisson. de Verb. Sign. s. v. *audit.* 13. 14 *aut unum ann.* Rgla. 18 *et* om. la. *et semper* om. g. 19 *ad adulterum* D. 20 *e* om. DRg. 21 *ini..tio* D ras. *exitum* D. 22 *inconprens.* R.

**currit a futuro decerpit et adponit praeterito. Haec in- 5**
**ter se tempora, anteactum dico et venturum, neque paria**
sunt neque ita ut alterum altero longius breviusve videatur: quidquid enim non habet finem, conlationem mensurae non recipit. Quapropter aevum neque annorum 6
neque saeculorum numero nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor: haec enim ad aetatem infinitam non sunt brumalis unius instar horae.

Itaque ut saecula possim percurrere et hoc nostrum 7
praesens designare, omissis aureis argenteisque et hoc genus poeticis, a conditu urbis Romae, patriae nostrae communis, exordiar, XVII. et quoniam saecula aut na- 1
turalia sunt aut civilia, prius de naturalibus dicam.

Saeculum est spatium vitae humanae longissimum 2
partu et morte definitum. Quare qui annos triginta saeculum putarunt multum videntur errasse. Hoc enim tempus γενεὰν vocari Heraclitus auctor est, quia orbis aetatis in eo sit spatio. orbem autem vocat aetatis, dum natura humana [a sementi] ad sementim revertitur. Hoc quidem γενεᾶς tempus alii aliter definierunt. Herodicus annos quinque et viginti scribit dici γενεάν,

2 futurum 14 Saec. autem est 18 vocant 19 a sementi ad sementem

1 *et adp. pr.* om. Rgl. 2 *venturum* DRglm, *futurum* edd. *propria* Rgla, *paria* Dm. 6 *nec saec.* Rg. 12 *exordiar de saeculis* R, *exord. de saeculo* ga. *et quoniam — dicam* om Rgla. 16 *nullum v. esse* g ms Almel. 17 *genean* DR. ***Herodotus*** m. cf. Plut. de def. orac. p. 415 E: ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον, ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. 18 *vocant* DRgl. Corr. Lachmann. 19 *natura ad sementi humana ad sementim* D. *a sementi* om. Rgl, neque sane videtur in archetypo fuisse. *sementem* Rgl. 20 *geneas* D. Cf. Wessel. ad Her. II, 142. intpp. Hesych. s. v. 21 ***Heraclitus*** gl ms Almel. ***Herodotus*** Scaliger. ***Herodicus*** DRm. Disceptari potest, utrum Herodicus

Zenon triginta. Saeculum autem quid sit, usque adhuc 3 arbitror ad subtile examinatum non esse. Poetae quidem multa incredibilia scripserunt, nec minus historici Graeci, quamvis eos a vero par non fuit decedere; ut Herodotus, apud quem legimus Arganthonium Tartessiorum regem centum et quinquaginta annorum fuisse, aut Ephorus, qui tradit Arcadas dicere apud se reges antiquos aliquot ad trecentos vixisse annos. Verum haec ut 4 fabulosa praetereo: sed inter ipsos astrologos, qui in stellarum signorumque ratione verum scrutantur, nequaquam etiam convenit. Epigenes in centum duodecim annis longissimam vitam constituit, Berosos autem centum sedecim: alii ad centum viginti annos produci posse, quidam etiam ultra crediderunt. fuerunt qui non idem putarent ubique observandum, sed varie per diversas re-

4 non par fuit recedere  6 ut Eph.  12 Berosus autem in cent.

Selymbrianus medicus (cf. Hermann. ad Lucian. hist. scr. p. 218 sq.) intelligendus sit, an, quod magis placet, Crateteus grammaticus, de quo v. Meineke hist. cr. com. gr. p. 13 sq. Wegener. de aula Attalica p. 155 sqq. Nam de hac re dictum est ab Homeri interpretibus, ut docent scholia ad Il. I, 250. Od. III, 245. cl. Artemid. II, 70. Hesych. s. v. Quare dubitatio mihi subnata est, an statim pro *Zenon* legendum sit *Xenon*, quem novimus in Homero operam suam posuisse, v. Grauert. mus. Rhen. I p. 204 sq. Welcker. ep. Cycl. p. 11. Quamquam etiam Zenon stoicus *προβλήματα Ὁμηρικὰ* scripsit Diog. L. VII, 4. Ceterum *triginta* numerus vix sanus est. fortasse scribendum XX, cl. Hesych. s. v. *γενεά: τὴν δὲ γενεὰν ὑφίσταντο ἐτῶν οἱ μὲν κ′, οἱ δὲ κε′, οἱ δὲ λ′.* *genean* DRg.  1 *trigenta* D.  *quid* om. D.  4 *eo a vero* D. *eos* om. R.  *deced.* codd. cf. Duk. ad Liv. XXXVI, 22, 1.
5 *Herod.* I, 163. cf. intpp. Cic. Cat. m. 19, 69. Bergk. Anacr. p. 90 sq.  5 *Arganthonion* D.  *Tarcessior.* DRg.  6. 7 *antephorus* Rgla. Cf. Plin. VII, 48, 49. Marx ad Eph. frr. p. 118.
7 *archad.* DR.  *aput* D.  8 *aliquod* D.  *tricent.* R.  11 *epygenesin* c. R. *epigenesim* g. cf. ad 7, 5.  12 *Berosos* DRg. Plin. VII, 49, 50: „Epigenes CXII annos impleri negavit posse, Berosus excedi CXVII."  13 *vigenti* D.  15 *variae* D.

giones, pro ut in singulis sit caeli ad circulum finitorem inclinatio, quod vocatur clima.

Sed licet veritas in obscuro lateat, tamen in una- 5
quaque civitate quae sint naturalia saecula, rituales Etruscorum libri videntur docere, in quis scriptum esse fertur initia sic poni saeculorum. quo die urbes atque civitates constituerentur, de his qui eo die nati essent eum qui diutissime vixisset die mortis suae primi saeculi modulum finire, eoque die qui essent reliqui in civitate, de his rursum eius mortem, qui longissimam aetatem egisset, finem esse saeculi secundi. sic deinceps tempus reliquorum terminari. sed ea quod ignorarent homines, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur unumquodque saeculum esse finitum. Haec portenta Etrusci pro haruspicii dis- 6
ciplinaeque suae peritia diligenter observata in libros retulerunt. Quare in Tuscis historiis, quae octavo eorum saeculo scriptae sunt, ut Varro testatur, et quot numero saecula ei genti data sint et transactorum singula quanta fuerint quibusve ostentis eorum exitus designati sint continetur. itaque scriptum est quattuor prima saecula an-

2 *κλίμα*

3 *varietas* la. 4 *rit.* v. 11, 6. 5 *libri* om. gla. 10 *egiss. aet.* R. 12 *eo quod* coni. Manut. *homines*, *putare*, *port.* coni. Nagel. in progr. Altorf. 1754. 14 Valesius emendd. IV, 13 cft. Plut. Sull. 7 p. 456: *Τυρρηνῶν οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἑτέρου γένους ἀπεφαίνοντο καὶ μετακόσμησιν ἀποσημαίνειν τὸ τέρας. εἶναι μὲν γὰρ ὀκτὼ τὰ σύμπαντα γένη διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀλλήλων, ἑκάστῳ δ᾽ ἀφωρίσθαι χρόνων ἀριθμὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδῳ, καὶ ὅταν αὕτη σχῇ τέλος ἑτέρας ἐνισταμένης κινεῖσθαί τι σημεῖον ἐκ γῆς ἢ οὐρανοῦ θαυμάσιον.* Cf. Suid. s. v. *Σύλλας.* Quae cum nostro non prorsus consentiunt. v. Müller. Etr. II p. 335 sqq. 14 *disciplinaequae* D. 17 *Varro* in libro de saeculis, quem affert Serv. ad Virg. Aen. VIII, 526. Eum antiquitatum humanarum unum fuisse suspicatur Merkel. ad Ovid. fast. p. LXXV. *quod* D.

norum fuisse cent*en*um, quintum centum viginti trium, sextum undeviginti et centum, septimum totidem, octavum tum demum agi, nonum et decimum superesse, quibus transactis finem fore nominis Etrusci.

Romanorum autem saecula quidam ludis saecularibus 7
putant distingui; cui rei fides si certa est, modus Romani saeculi est incertus. temporum enim intervalla, quibus ludi isti debeant referri, non modo quanta fuerint retro ignoratur, sed ne quanta quidem esse debeant scitur. Nam ita institutum esse ut centesimo quoque anno 8
fierent, id cum Antias aliique historici auctores sunt, tum Varro de scaenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: Cum multa portenta fierent, et murus ac turris, quae sunt inter portam Collinam et Esquilinam, de caelo tacta essent, et ideo libros Sibyllinos XV viri adissent, renuntiarunt uti Diti patri et Proserpinae ludi Tarentini in

1 centum et quinque, quint. 14 intra 15 essent tacta 16 X-viri 17 Terent.

1 *centum* CRgl. *et quinque* add. gl. v. 17, 13. *centum XXXIII* la. 2 *unumdevig.* Rga. *octav.* Cf. rei agr. Scr. p. 258: „Vegoiae Arrunti Veltymno. Cum autem Iuppiter terram Hetruriae sibi vindicavit — terminis omnia septa esse voluit. quos quandoque ob avaritiam prope novissimi octavi saeculi lascibi homines malo dolo violabunt." 3 *non. et dec.* Cf. Serv. ad Virg. ecl. IX, 47: „Vulcatius aruspex in contione dixit cometen esse, qui significaret exitum noni saeculi et ingressum decimi." Müller. Etr. II p. 333 sqq. 9 *quidem* om. la. 11 *fierent ludi* coni. Cauchius. 12 *Varro* cf. Verrius Flaccus apud schol. Cruq. Hor. c. saec. in. 13 *muros* R. 14 *et turr.* g. 15 *essent tacta* g. *tracta* R. 16 *sybill.* D. *XII viri* R, *duodecimviri* ga. cf. c. 17, 10. Apud Varr. L. L. VII, p. 366 in cod. Flor. ambigue scriptum esse *xuviros* vel *xuviros* Lagomarsinius testatur, ut Lachmannus docuit. Cf. c. 20 8 ubi *LXIIII* codd. pro *LXIII*, Vell. II, 47, 2, ubi *septimo* (VII) in *quarto* (IIII) mutatum est, et infra ad 17, 10. 17 *Tarentini* DRgla, ut optimi libri Mart. I, 69. IV, 1, 8. X, 63, 3. et alibi, v. Merkel. ad

campo Martio fierent tribus noctibus, et hos-
tiae furvae immolarentur, utique ludi cente-
simo quoque anno fierent. Item T. Livius libro 9
CXXXVI: Eodem anno ludos saeculares Caesar
ingenti adparatu fecit, quos centesimo quoque
anno (*is* enim termin*us* saeculi) fieri mos. * * ut
contra decimo centesimoque anno repetantur tam com-
mentarii XV virorum quam D. Augusti edicta testari vi-
dentur, adeo ut Horatius Flaccus in carmine quod sae-
cularibus ludis cantatum est id tempus hoc modo desig-
naverit: Certus undenos decies per annos Or-
bis ut cantus referatque ludos Ter die clara
totiensque grata Nocte frequentes. Quae dis- 10
sensio temporum, si veterum revolvantur annales, longe
magis in incerto invenietur. Primos enim ludos saecu-

1 tribus noctibus *om.* 6. 7 At contra ut dec. 13. 14 At enim temporum

Ovid. fast. p. CXLVI. 1 *tribus noctibus* DRgla, quod addi iussit Wesseling. obss. II, 13. 2 *utique ii ludi* coni. Cauchius. Cf. intpp. Horat. c. saec. Klausen. Aen. I. p. 262 sqq. Hartung. Rel. d. Röm. II p. 92. Ideler chron. II p. 82 sqq. 6 *his enim terminari saeculi fieri mos ut contra* DR, *h enim terminum s. f. m. ut contra* g, relicto spatio sex fere litterarum. *his en. terminus s. f. m. ut c. nonagesimo qu.* l. *is enim terminus saeculi, f. m., utque contra* Manut. *hic enim terminus saeculi, f. m. at contra ut dec.* coni. Modius ep. 6. *his enim terminis saeculum terminari, f. m. at contra ut dec.* Carrio. Excidisse quaedam apparet, quae sic fere restituit Lachmann.: *Sed moris esse ut contra.* 9 *Hor.* c. saec. 21 sqq. 11 *certos* D. *orbes* D et *i* ex *e* facto R. 12 *claro* D. 13 Post *frequentes* sequitur in DRg c. 7 *superest* etc. usque ad c. 14, 7 *ait enim*, cf. prolegg. 13 *ait enim temporum* DRg, *at enim temporum* edd. vett. *quae dissensio*, quae verba DRgl c. 5, 3 inserunt, huc transponenda esse vidit Lachmann. cf. prolegg. 14 *revolventur* D. 15 sqq. Ex his complura excidisse, codd. lectiones monstrant, quas varie interpolarunt VV. DD. cf. Sigonii emendd. I, 6. Robortelli annott. I, 5. 10. 13. 14. Onuphr. Panvin. de lud. saec. p. 9 et quos praeterea laudat Mitscherlich. ad Hor. II p. 643 sq.

lares exactis regibus post Romam conditam annis CCXLV a Valerio Publicola institutos esse * * ad *XV* virorum commentarios, anno CCLXXXXVIII M. Valerio Spurio Verginio Coss. * * anno post urbem conditam octavo et quadr*ingent*ensimo, ut vero in commentariis XV virorum scriptum est anno CCCC et decimo M. Valerio C*orv*o II C. Poetilio Coss. Tertii ludi fuerunt Antiate Livioque auctoribus P. Claudio Pulchro L. Iunio Pullo Coss. * *

2 esse Valerius Antias ait: at XV-virorum 3 commentarii annis 4 coss. secundos ludos, ut Antias vult, anno p. u. c. quinto trecentesimo 6 anno octavo et quadringentesimo Corvino 8 C. Iunio coss. aut ut in libris quindecimvirorum scriptum est

2 *Val. Publ.* Consentit Zosim. II, 4. et ut videtur Festus s. v. *Saec. ludi* p. 329: quarto Publicolae consulatui (a. 250) adscribit Plutarch. in vita eius c. 21. *XL virorum* DRgl. 3 *ante* l, *añ* g. *CCLXXXXVIIII* DRg. quod mutandum erat. 4 Post *coss.* omissa est mentio secundorum ludorum et auctorum. 5 *quadraginsimo* D. *VIII et XL* Rgl. *XII vir.* Rgl. v. 17, 8. 6 *Curmino* DR, *Corvino* g. *Corvo* Manut. 7 *Poetaelio* D. Sed locum turbatum esse, non potest esse dubium. Nam XV viros consentaneum est posuisse annum u. c. Varron. 408, cuius anni coss. secundum fastos Capitol., item Livium VII, 27. Diod. XVI, 72 fuerunt M. Valerius Corvus II et C. Poetelius Libo, anni 410 autem C. Marcius Rutilus III et T. Manlius Imperiosus Torquatus II, testibus iisdem fastis, Livio VII, 28. Diod. XVI, 74. Festus autem l. l. ludos Tarentinos *Popillio Laenate* cos. repetitos indicare videtur. Qui cum eo tempore institutum dicat, cen*tum post annos ut* denuo agerentur, Lachmannus, quia de ludis a. 505 et 605 actis satis certa memoria est, quartum M. Popillii Laenatis consulatum intelligendum suspicatur, qui incidit in a. 406, quo anno Liv. VII, 27 pestilentiam et ex libris Sibyllinis lectisternium fuisse refert. itaque *et nonagensi*, quod est apud Festum, ita interpretatur, ludos instauratos esse *anno vigensi*mo post X viros sacrorum institutos, id est post a. Varron. 386. Sed Zosimus II, 4 secundos ludos scribit actos esse *ἔτει μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ τριακοσίοις πεντηκοστῷ καὶ δευτέρῳ — Μάρκου Ποπλίου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος.* ubi Leuncl. corr. *Μάρκου Ποτίτου.* et sane anno Capitol. 352 L. Valerius Potitus IV trib. mil. c. p. fuit, et proximo anno (qui est Varr. 354) Livius V, 13 lectisternium tunc primum in urbe factum tradit, sed non Diti ac Proserpinae. 8 *L. Iunio* DRgl. cf. Ou-

anno quingentensimo duodevicensimo P. Cornelio Lentulo C. Li*ci*nio Varo Coss. De quartorum ludorum anno 11 triplex opinio est. Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt L. Mar*ci*o Censorino M'. Manilio Coss. post Romam conditam anno DCV. at Piso Censorius et Gn. Gellius, sed et Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium adfirmant Gn. Cornelio Lentulo L. Mumm*i*o Achaico Coss., id est anno DC*V*III. in XV virorum autem commentariis notantur sub anno DCXXVIII *M.* Aemilio Lepido L. Aurelio Oreste Coss. Quintos ludos *C.* Furnio C. Iunio Silano Coss. anno DCCXXXVII Caesar Augustus et Agrippa fecerunt. sextos autem fecit T*i*. Claudius Caesar se *IIII* et L. Vitellio III Coss. anno DCCC, septimos Domitianus se XIIII et *L.* Minucio Rufo Coss. anno DCCCXXXXI, octavos imperatores Septimius et M. Aurelius Antoninus Cilone

4 M. Manilio 6. 7 Cn. 13 T. Claud.

dend. ad Suet. Aug. 5. Post *coss.* excidit *anno DV* (v. Fischer. Röm. Zeitt. p. 75 sq.) et XV virorum mentio. Cf. autem Liv. epit. XLIX: „Altero et sexcentesimo anno ab urbe condita — Diti patri ludi ad Tarentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui ante annum centesimum — quingentesimo et altero anno ab urbe condita facti erant." Appii Claudii Pulchri consulatum testatur, Verrio Flacco auctore adhibito, schol. Cruq. Hor. c. saec. in. 2 *Linio* DR, *Livio* gl. *Varro* Dgl. 3 *Liv.* v. l. modo l. 4 *L. Martio Cens.* DR, *L. Valerio Cens.* gl. *M. Manlio* Dg. Zosim. II, 4: *ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουηλίου* (quod ex *Ποιτηλίου* corruptum et falso loco additum esse videtur: nam Zosimi codd. hos consules Augusteis saecularibus adscribunt). At plerique testes *M' Manilio* (v. Fischer. l. l. p. 125), quod reponi iussit Drakenb. ad Liv. epit. XLIX.
5 *Piso censorius* Merkelio ad Ovid. fast. p. LXXX diversus videtur ab annalium scriptore, de qua re dubito. 6 *vivebant* coni. Sigon. emend. I, 6. Kraus. frr. histt. vett. Rom. p. 152.
8 *Mummo* DR. *DCIII* DRgl. 9 *annis DCXXVIIII* g.
10 *M.* om. DRgl. 11 *C.* om. DRgl. 12 *DCCXXXVI* g.
13 *T. Claudius* DR. *sae I·C·III et* D, *se I·C·III et* R, *se III et* gl. 16 *Sept.* ceteris litteris omissis D. *Aur.* D.

et Libone Coss. anno DCCCCLVII. Hinc animadvertere 12 licet neque post centum annos ut hi referrentur ludi statum esse, neque post centum decem. Quorum etiamsi alterutrum retro fuisset observatum, non tamen satis id argumenti esset quo quis his ludis saecula discerni constanter adfirmet, praesertim cum ab urbis primordio ad reges exactos, annos CCXLIIII, *ludos* factos esse, auctor sit nemo, quod tempus procul dubio naturali maius est saeculo. Quodsi quis credit ludis saecularibus saecula *, 13 sola nominis origine inductus, sciat saeculares dici potuisse quod plerumque semel fiant hominis aetate, ut multa alia quae rara sunt post saeculum evenire loquentium consuetudo usurpat.

Sed nostri maiores, quod naturale saeculum quantum esset exploratum non habebant, civile ad certum modulum annorum centum statuerunt. Testis est Piso, in cuius annali septimo scriptum est sic: R o m a c o n d i t a a n n o D*C* s e p t i m*um* a c c i p i t s a e c u l u m h i s c o n s u l i b u s q u i p r o x i m i s u n t c o n s u l e s, M. A e m i l i u s M. f. L e p i d u s, C. P o p i l i u s II a b s e n s. Sed

4 id sat. 7 ludos *om.* nemo sit auct. 9 saecula discerni 11 fiunt 12 raro fiant 16 ann. mod. 18 anno DXCVI saeculum accipit 19 quis proximi

1 *et Uibone* R. *DCCCLVII* gl. Zosim. II, 4: *ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων.* 7 *anno CCXLIII* D. *ludos* om. DRgl, quod sensus requirit, neque ex praecedentibus intellegi potest. 9 *credit cludi ludis* coni. Lachmann. 14 *saec. CCXLIIII quant.* DRg. quod illatum est ex v. 7. 16 *ann. cent.* cf. Varr. L. L. VI p. 193. *cert. ann. mod. cent.* R. 18 *anno D septimo* D, *anno DVII* Rg, *anno CLVII* l. Correxit Lachmann. Ceterum hic annus, quem Piso sexcentesimum numerat, est Varron. 596. *accipit* DRgl. *occipit* Scaliger de emend. tempp. V p. 367. 20 *M. filius* D, *M. Fabius* g.

ut hunc annorum numerum constituerent nostri, non nihil causae fuit, primum quod multos suorum civium ad *hunc* aetatem producere videbant, dein quod Etruscos, quorum prima saecula centenum fuerunt annorum, etiam hic ut in aliis plerumque imitari voluerunt. Praeterea 14
fieri potest quod refert Varro, quodque Dioscorides astrologus scribit, Alexandriae inter eos qui mortuos s*allu*nt constare hominem plus centum annos vivere non posse, id*que* co*r* hom*i*num declarare eorum qui integri perierunt sine corporis tabe; ideo quod multis annis pendendo cor omnis aetatis incrementa et deminutiones *ob*servent: et anniculi pendere duas drachmas, bimi quattuor, et sic in annos singulos usque ad quinquaginta accedere binas; ab iis centum drachmis a*bu*sque anno quinquagensimo item decedere in unoquoque binas; ex quo perspicuum sit centensimo anno redire ad anni primi pondus nec longius vitam posse producere.

Quoniam igitur civile Romanorum saeculum centum 15
annis transigitur, scire licet in decimo saeculo et primum

1 annorum *om.* 3 hanc aet. vitam prod. 4 fuerant 7 scripsit mort. solent conservare, constare 8 annis 9 id cor humanum decl. 10 tabe. Eo quod id 11 cor *om.* 14 dr. ab anno 17 produci

3 *hanc* DRgl. corr. Lachmann. *aet. vitam prod.* gl. *perduc.* D. 4 *centum* g. v. 17, 6. 5 *et in al.* Rg. *imitare* R. *praeterea fieri* Lachmanno scribendum videtur *praeterea adferri.* 6 *quod Diosc.* Dgl. 7 *scripsit* Rg. *mortuos solent constare* DRg. *mort. sol. conservare hom.* edd. vett. *mort. sol. conservare constare hom.* Carrio. *mort. sol. exossare const.* coni. Scaliger. *sallunt* corr. Lachmann. Cf. Diomedes I p. 372: „Varro antiquitatum humanarum XV: *mortuos sallunt.*" quod ex eodem loco sumptum esse, quem Censorinus respexit, certum videtur. Idem narrat Plin. XI, 37, 70. 8 *annis* g. 9 *idcirco humanum* DR, *idcirco humanum corpus* g. corr. Lachmann. 10 *pependo* Rg, *pependit* l. 11 *conserve*$^{nt}$ D, *conservent* Rg, *conservant* l. 12 *dragm.* D. 14 *dr. adque an.* D, *dr. atque an.* Rg. corr. Lachmann.

natalem tuum fuisse et hodiernum esse. Quot autem saecula urbi Romae debeantur, dicere meum non est: sed quid apud Varronem legerim, non tacebo, qui libro antiquitatum duodevicensimo ait fuisse Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cui*v*is doc*ti*ori in disceptando parem; eum se audisse dicentem, si ita esset ut traderent historici de Romuli urbis condendae auguriis ac XII vulturiis, quoniam *C*XX annos incolumis praeteriisset populus Romanus, ad mille et ducentos perventurum.

XVIII. Hactenus dictum de saeculo: nunc de annis 1
maioribus dicam, quorum magnitudo adeo diversa *t*am gentibus observata quam auctoribus tradita est, ut alii annum magnum esse in annis vertentibus duobus, alii in multis milibus annorum arbitrati sint. quod quale sit, iam hinc conabor absolvere. Veteres in Graecia civitates cum 2
animadverterent, dum sol annuo cursu orbem suum circumit, lunam novam interdum t*er*decies exoriri, idque saepe alternis fieri, arbitrati sunt lunares duodecim menses et dimidiatum ad annum naturalem convenire. Itaque annos civiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos duodecim mensum, alternos tredecim, utrumque annum separatum vertentem, iunctos ambo annum magnum vocantes. idque tempus trieterida adpellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii cir-

5 docto in 8 vulturibus 15 annor. mill. 16 nunc conab. 18 novam *om.* 22 mensium (*semper*) 23 separatim ambos 24 τριετηρίδα

1 *quod* D. 2 *urbis* D. 5 *augorio* D. *cuius* DR (in mg. *eius*). *docto*[ri] D, *doctori* Rg. corr. Lachmann. 6 *essent* D. 7 *tradebant* Rgl. 8 *vulturis* D, *vulturibus* Rg. *quoniam ex* X *an.* DR. 12 *etiam gent.* DRgl. 18 *tridec.* DR. 23 *separatim* D.

cuitus et revera die*teris* esset; unde mysteria, quae Libero patri alternis fiunt annis, trieterica a poetis dicuntur. Postea cognito errore hoc tempus duplicarunt et 3
tetraeterida fecerunt: sed *et* eam, quod quinto quoque anno redibat, pentaeterida nominabant. Qui annus magnus ex quadriennio commodior visus est * * solis annum constare ex diebus CCCLXV et diei parte circiter quarta, quae *unum* in quadriennium diem conficeret. Quare agon 4
et in Elide Iovi Olympio et Romae Capitolino quinto quoque anno redeunte celebratur. Hoc quoque tempus, quod ad solis modo cursum nec ad lunae congruere videbatur, duplicatum est et octaeteris facta, quae tunc enneateris vocitata, quia primus eius annus nono quoque anno redibat. Hunc circuitum verum annum magnum 5
esse pleraque Graecia existimavit, quod ex annis vertentibus solidis constaret, ut proprie in anno magno fieri par est. Nam dies sunt solidi * * uno minus centum, annique vertentes solidi octo. Hanc octaeterida vulgo creditum est ab Eudoxo Gnidio institutam, sed *alii* Cleos-

1 *διετηρὶς* 4 *τετραετηρίδα* et *om.* 5 *πενταετηρίδα* 6 est. Ut annus solis constaret 8 quadriennio 12 *ὀκταετηρὶς* *ἐννεαετηρὶς* 19 Cnid. sed hanc Cl.

1 *die^s^teres* D, *diesteres* R, *diasteres* g. 2 *patri* om. Dg. add. Rm. *triet.* Virg. Aen. IV, 302 ib. intpp. 4 *tetrahet.* D. *sed ad eam* DRgl. corr. Lachmann. 6 Exhibui codd. lectionem, quae monstrat pauca excidisse. 8 *primum* DRg prob. Modio lectt. novant. ep. 47. 11 *a solis* D. 12 *octoteris* R. 14 *redi^e^bat* D. *huc* D. *vere* Rl, *vero* g. 17 *soli* D. Post *solidi* excidisse ĪIↃccccxxii, *menses solidi* facile intelligitur, v. Scaliger em. temp. p. 69. Ideler Chron. I p. 300. 18 *octoaeteridam* D. Cf. Ideler l. l. I. p. 304 sqq. 19 *Eud.* Cf. Ideler. Abh. d. Berl. Acad. a. 1828 p. 189 sqq. Suid. s. v. *Εὔδοξος*, Diog. L. VIII, 87 loquuntur de octaeteride, quam scripserit Eudoxus, de qua dubitasse videtur Eratosthenes, quantum ex loco corrupto Achill. Tat. isag. p. 189 sq. concludi potest. *sed an cleostr.* D, *sed hanc leostr.* Rl, *sed hanc leostratam* g. *sed eam*

**tratum Tenedium primum ferunt composuisse et postea alios aliter, qui mensibus varie intercalandis suas octae-**
teridas protulerunt, ut fecit Harpalus, Nauteles, Menes-
tratus, item alii, in quis Dositheus, cuius maxime octae-
teris Eudoxi inscribitur. Ob hoc in Graecia multae re- 6
*li*giones hoc intervallo temporis summa caerimonia co-
luntur, Delphis quoque ludi qui vocantur Pythia post
annum octavum olim conficiebantur. Proxima est hanc
magnitudinem quae vocatur dodecaeteris ex annis ver-
tentibus duodecim. Huic anno Chaldaico nomen est, quem 7
genethliaci non ad solis lunaeque cursus sed ad obser-
vationes alias habent accommodatum, quod in eo dicunt
tempestates, frugumque proventus ac sterilitates, item
morbos salubritatesque circumire. Praeterea sunt anni 8

3 Mnesistratus  5 multae in Gr. rel.  9 δωδεκαετηρὶς
13 ac *om.*  14 morbosque circumire.

*Cleostr.* Modius lectt. novant. ep. 47 e cod. Col. (?) *Cleostratus Tenedius* (v. Scylac. peripl. p. 128 Kl.), inter Anaximenis (Plin. II, 6, 8) et Harpali tempora florens (Vater. ad Eur. Rhes. p. 199), scripsit *ἀστρολογίαν* (Athen. VII p. 278 B. ex emendatione Heringae obss. p. 180 sq.), cuius duo vss. servavit schol. Eur. Rhes. 517. Praeterea commemoratur Theophr. de vent. I, 4. Hygin. astr. II, 13. Anon. in Petav. uranol. p. 147. vit. Arati t. II p. 443 (ex emend. Bergkii Z. f. AW. 1843 p. 26). Cf. Ideler l. l. I p. 305. 2 *alius* R. 3 *Harpalus*, cf. 19, 2. Plin. ind. l. XVIII. Avien. progn. 41 sqq. *Nautelis* DRg. Ignotus hic quidem est, ut *Menestratus*. Fortasse legendum *Menecrates*, cuius ad astrologiam pertinens disputatio affertur Schol. Eur. Rhes. 517, quem Arati magistrum a Suida s. v. *Ἄρατος Σολεύς* commemoratum fuisse putat Vater. ad Rhes. p. 200. Qua de re dubitari potest. Is enim Epheso oriundus non diversus fuisse videtur ab eo qui carmen de re rustica scripsit, v. Varr. R. R. I, 1. Plin. ind. l. VIII. XI, 7. 4 *Dositheus* saepe affertur a Gemino et Ptolemaeo de appar., v. p. 93 Pet. add. Plin. XVIII, 31, 74. Io. Lyd. de mens. IV, 83 p. 123. 5 *regiones* D, *re$^{li}$giones* R, *civitates regiones* g. *mult. rell.* Cf. Boeckh. Abh. d. Berl. Akad. 1818. 19 p. 92 sqq. Müller. Orch. p. 214 sqq. prolegg. p. 422 sq. Hoeck. Kreta I p. 247 sqq. II p. 120. Ideler. Chron. II p. 606 sqq. 8 *proxime* Rg.

magni complures, ut Metonicus, quem Meton Athienensis ex annis undeviginti constituit, eoque enneadecaeteris appellatur et intercalatur septies, in eoque anno sunt dierum VI milia et DCCCCXL. Est et Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta novem, in quo sunt menses intercalares viginti et unus; item Callippi Cyziceni ex annis septuaginta sex, ita ut menses duodetriginta intercalentur; et Democriti ex annis LXXXII cum
intercalariis perinde viginti octo; sed et Hipparchi ex annis 9
CCCIIII, in quo intercaletur centies decies bis. Haec annorum magnitudo eo discrepat, quod inter astrologos non convenit quanto vel sol plus quam trecentos sexaginta quinque dies in anno conficiat vel luna minus quam tri-
ginta in mense. Ad Aegyptiorum vero annum magnum 10
luna non pertinet, quem Graece *κυνικόν* Latine canicularem vocamus, propterea quod initium illius sumitur, cum primo die eius mensis, quem vocant Aegyptii *Θωυθί*,

2 *ἐννεαδεκαετηρὶς*  8 cum interkalares sint  10 interkalatur decies *om.*  17 Thot

1 *Metonticus* DRg.  *Meton* v. Ideler Chron. I p. 313 sqq. 3 *inque eo* gl.  4 *Philolaus* DRg.  *Pythagori* Rg. Cf. Boeckh. Phil. p. 134.  6 *Calippi* Dg. De Callippo Cyziceno cf. Aristot. met. XII, 8. Simplic. ad Arist. de caelo II p. 498 Br. Mich. Ephes. ad Ar. de int. p. 102 Br. cl. Krische Forsch. I p. 288 sqq. Vitruv. IX, 6, 3. Saepe commemoratur a Gemino et Ptolemaeo de appar. v. p. 93 Pet. add. Plin. XVIII, 31, 74. Io. Lyd. de mens. IV, 14 p. 65. Cum hoc loco consentit Geminus elem. astr. 6 p. 38, corrigendus Achill. Tat. isag. p. 140. Ideler. chron. I p. 344 sqq. üb. d. astr. Beob. d. Alt. p. 214 sqq. 8 *Democr.* cf. Ideler. chron. I p. 303.  9 *intercalaris* D, *intercalares* Rgl.  *Hipparchi* cf. Ideler. l. l. I p. 352 sqq. üb. d. astr. Beob. d. Alt. p. 219 sqq.  10 *intercalatur* g.  *centies duodecies* coni. Manutius.  14 *Aegypt.* cf. Ideler. chron. I p. 124 sqq. 17 *Aegipti* D.  *θoθyoι* DR, *θoθva* g. Apud Plat. Phileb. p. 18 B. Phaedr. p. 274 C ss. codd. praebent *Θεύθ*, Arnob. II, 69 cod. habet *postheutin* i. e. *post theutin*. Apud Euseb. pr. ev. I, 5 legimus: *ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωύθ*, *Ἀλεξανδρεῖς δὲ*

caniculae sidus exoritur. Nam eorum annus civilis solos habet dies CCCLXV sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est quam naturale quadriennium, eoque fit ut anno ∞ccccLXI ad idem revolvatur principium. Hic annus etiam ἡλιακὸς a quibusdam dicitur, et ab aliis θεοῦ ἐνιαυτός. Est prae- 11
terea annus quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunae vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una referuntur; cuius anni hiemps summa est cataclysmos, quam nostri diluvionem vocant, aestas autem ecpyrosis, quod est mundi incendium. nam his alternis temporibus mundus tum exignescere tum exaquescere videtur. Hunc Aristarchus putavit esse annorum vertentium IIccccLXXXIIII, Aretes Dyrrhachinus VDLII, Heraclitus et Linus XDCCC, Dion XDCCCLXXXIIII,

6 ὁ θεοῦ  8 et om.  11 κατακλυσμὸς  12 ἐκπύρωσις
15 duum millium  16 quinque millium  decem mill.
X.M.CC∞XXCIV

*Θώθ*, et inscriptiones tam *ΘΩΥΘ* (Letronne recueil I p. 82. recherch. p. 157), quam *ΘΩΘ* (Letronne, Memnon p. 135; 248, 18) praebent. Conferri potest *Moyses*, quod optimi codd. praebere solent e. g. Iuven. XIV, 102. Quod e vestigiis codd. scribendum erat *Θωυθί* confirmat Plin. XXVII, 12, 80: *mensis quem Thoti vocant.* 1 *solus* Dgl. *solidos* coni. Lindenbrog. 3 *aput* D. 4 IIccccLXI DRg, corrupte, cf. Ideler. l. l. I. p. 157 sq. üb. d. astr. Beob. d. Alt. p. 95. Ceterum notandum in cod. D non numerum millenarium ut solet (Gron. ad Liv. XXXIV, 10, 4) linea superinducta notari, sed ceteros huic adiectos; quod servandum duxi. *ad diem* Dgl. 5 *heliacos* Dg. *a* om. R. 6 εтоυ ενιαυтος g, εισνενιλυтος m. 7 *Aristocles* emend. Lipsius phys. stoic. II, 21. 8 *et* om. g. 11 *catadysm.* R. (*cl* superscr.) 13 *dum-dum* D. 14 *Aristharcus* D. 15 *Aretes* nisi a Censorino non laudatur. v. 21, 3. 16 *Heracl.* cf. Plut. de plac. phil. II, 32. de def. or. 12. *Linus* cf. Welcker. kl. Schr. I. p. 45. *Dion* Neapolites, mathematicus nobilis, laudatur Varroni apud Augustin. C. D. XXI, 8.

Orpheus CXX, Cassandrus tricies sexies centum milium:
alii vero infinitum esse nec umquam in se reverti exis-
timarunt. Sed horum omnium pentaeteridas maxime 12
notandis temporibus Graeci observant, id est quaternum
annorum circuitus, quas vocant olympiadas: et nunc apud
eos ducentesima quinquagesima quarta olympias nume-
ratur, eiusque annus hic secundus. Idem tempus anni 13
magni Romanis fuit, quod lustrum adpellabant, ita qui-
dem a Servio Tullio institutum ut quinto quoque anno
censu civium habito lustrum conderetur, sed non ita a
posteris servatum. Nam cum inter primum a Servio 14
rege conditum lustrum et id quod ab imperatore Ves-
pasiano V et *T.* Caesare III Coss. factum est anni in-
terfuerint paulo minus DCL, lustra tamen per ea tem-
pora non plura quam LXXV sunt facta et postea plane
fieri desierunt. Rursus tamen annus idem magnus per 15
Capitolinos agonas coeptus est diligentius servari, quo-
rum agonum primus a Domitiano institutus fuit duode-
cimo eius et Ser. Cornelii Dolabellae consulatu. Itaque
hoc nunc anno qui celebratus est agon undequadragesi-
mus numeratur.

Quod ad annos pertinet magnos in praesentia satis dictum: nunc de annis vertentibus dicendi locus.

1 Orpheus C.M.XX. 3 *πενταετηρίδας* 13 T. *om.*

1 *Orpheus* v. Lobeck. Agl. p. 791 sq. *Cassandrus* Salaminius historicus affertur a Tzetz. ad Lyc. 177. 3 *pantahaeteridas* D, *patahaeter.* R, *parentetendas* g. *tetrapentaeteridas* Fr. Pithoei Censorinus apud Scaliger. em. temp. p. 50. 6 *quadragesima* g. 8 *lustrum* cf. Ideler. Chron. II p. 77 sqq. 9 *et quinto* D. 13 *T.* om. DRgl. addi iusserunt Mazocch. ad tab. Heracl. p. 322. Marin. iscr. Alb. p. 42. *caesar ter* c. D. 14 *minus ad c. l.* g. 17 *Capit. ag.* Suet. Dom. 4. 18 *Domet.* D. 19 *Sergi Corneli* DRg.

**XIX. Annus vertens est natura, dum sol percurrens** 1
**XII signa eodem unde profectus est redit. Hoc tempus** 2
**quot dierum esset ad certum nondum astrologi reperire**
**potuerunt. P*hi*lolaus annum naturalem dies habere pro-**
didit CCCLXIIII et dimidiatum, Aphrodisius CCCLXV
et partem diei octavam, Callippus autem CCCLXV, et
Aristarchus Samius tantundem et praeterea diei partem
∞DCXXIII, Meton vero CCCLXV et dierum quinque
undevicensimam partem, *O*enopides CCCLXV et dierum
duum et viginti partem undesexagensimam, Harpalus au-
tem CCCLXV et horas aequinoctiales XIII, at noster
Ennius CCCLXVI. Plerique praeterea incomprehensibile 3
quid*da*m et inenuntiabile esse existimaverunt, sed pro
vero quod proximum putabant amplexi sunt, dies scili-
cet CCCLXV.

Igitur cum tanta inter viros doctissimos fuerit dis- 4
sensio, quid mirum si anni civiles, quos diversae civita-

10 undesex. part.

2 $\overline{sig}$ D. 3 *quod* D. 4 ***Pylol.*** DR. cf. Boeckh. Phil. p. 134 sq. 5 *Aphrodius* g, ut voluit Modius lectt. novant. ep. 47. *Aplyrodius* edd. vett. *Aphrodisius* aliunde notus non est, nisi error subest. A d r a s t u s enim Aphrodisiensis, peripateticus, Aristoteles interpres (schol. Arist. categ. p. 30. 32. 33. 39. Galen. de propr. lib. 11 t. XIX p. 42 sq.), scripsit etiam de astrorum harmonia (Ach. Tat. is. p. 136), quae in libris de musice fortasse legebantur (Fabric. B. Gr. III p. 458 sq.), et vero de sole (Ach. Tat. is. p. 139). Hic igitur hoc quoque loco intelligendus erit, sive Censorini seu librariorum error est. Ceterum qui apud Claud. Mamert. de statu an. I, 25 memoratur Adrastus mathematicus videtur Cyzicenus potius esse, quem laudat Varro apud August. C. D. XXI, 8. 6 ***Call.*** v. 18, 8. 8 ***mille*** DCXXIII[sup] D, MDCXXII *sup* R. 9 ***Uenopides*** DR. De Oenopide Chio v. Menag. ad Diog. L. IX, 37. Whitte, de scriptt. ant. Chiis p. 43 sqq. 10 ***partem*** om. R. ***Harp.*** v. 18, 5. 11 ***XII*** em. Scalig. de emend. temp. p. 66. 13 *quidem* DR. corr. Manut. Modius lectt. novant. ep. 47. ***incomprehensibilem et inenuntiabilem*** g. ***inenumerabilem*** l, ***enuntiabile*** R. 14 *proximam* D.

tes rudes etiam tum sibi quaeque statuebant, tam inter
se discrepent quam cum illo naturali non congruant? Et
in Aegypto quidem antiquissimum ferunt annum bimes-
trem fuisse, post deinde ab Isone rege quadrimestrem
factum, novissime Arminon ad tredecim menses et dies
quinque perduxisse. Item in Achaia Arcades trimestrem 5
annum primo habuisse dicuntur, et ob id proselen*oe* ap-
pellati, *non*, ut quidam putant, quod ante sint nati quam
lunae astrum caelo esset, sed quod prius habuerint an-
num *quam* is in Graecia ad lunae cursum constitueretur.
Sunt qui tradunt hunc annum trimestrem Horum insti- 6
tuisse, eoque ver aestatem autumnum hiemem ὥρας et
annum ὦρον dici, et Graecos annales ὥρους, eorumque
scriptores ὡρογράφους. Itaque quattuor annorum circui-
tum in modum pentaeteridis annum magnum dicebant.
Cares autem et Acarnanes semestres habuerunt annos 7
inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent aut
senescerent, eosque coniunctos velut trieterida annum
magnum.

7 *προσέληνοι* 11 tradant 15 *πενταετηρίδος* 17 et inter se 18 veluti *τριετηρίδα*

1 *iam* D. 2 *congregant* in marg. *congruant* R. 3 *Aeg.* cf. Ideler. Chron. I p. 93 sqq. *annum menstrem* D, in quo verum latere videtur, cum omnes ceteri scriptores de menstruo anno loquantur, ut Eudoxus apud Procl. ad Plat. Tim. p. 33. Varro apud Lact. II, 12. Plin. VII, 48. August. C. D. XII, 10. XV, 12. Diod. S. I, 26. Plut. Num. 18. Suid. s. v. ἥλιος. 4 *a Pisone* g. *a Phesone* em. Manut. 5 *Armain* coni. Lindenbrog. 7 *proselenam appellat id ut quid.* D, *proselenam appellant id ut quid.* R, *proselenam appellant non ut qu.* g. Cf. Hermann. Griech. Alt. § 8, 5. 10 *quam* om. DRgl. *his* Rg. *constituerentur* Rg. 11 *horon* D. 12 *horus* DR. em. Meurs. ad Macr. Sat. I, 21. 13 ὦρον om. DRg. *horus* D, *horas* g. 14 *scribtores* D. ὡρογρ. Cf. Diod. S. I, 26 ib. Wess. Schweighäus. ad Athen. t. II p. 645 sqq. IX p. 278. *circuitu* R. 15 *pentaheter.* D. 16 *Acarn.* Plut. Num. 18. Macr. Sat. I, 12. *ann. et int.* D *et* eraso. *et* om. Rg. 18 *decrescerent* coni. Manut. A. de Rooy animm. critt. p. 182. *triheter.* D.

XX. Sed ut hos annos omittam caligine iam pro- 1
fundae vetustatis obductos, in his quoque qui sunt re-
centioris memoriae et ad cursum lunae vel solis insti-
tuti quanta sit varietas, facile est cognoscere, si quis vel
in unius Italiae gentibus, ne dicam peregrinis, velit in-
quirere. Nam ut alium Ferentini alium Lavinii itemque
Albani vel Romani habuerunt annum, ita et aliae gentes.
Omnibus tamen fuit propositum suos civiles annos varie
intercalandis mensibus ad unum illum verum naturalem-
que corrigere. de quibus omnibus disserere quoniam lon- 2
gum est, ad Romanorum annum transibimus.

Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer et
postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse
scripserunt: sed magis Iunio Gracch*ano* et Fulvio et Var-
roni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum
putaverunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.
Hi decem menses dies CCCIIII hoc modo habebant: Mar- 3
tius XXXI, Aprilis XXX, Maius XXXI, Iunius XXX,
Quintilis XXXI, Sextilis et September tricenos, October
XXXI, November et December *tricenos;* quorum quat-
tuor maiores pleni, ceteri sex cavi vocabantur. Postea 4
sive a Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Iunius, a Tarqui-

1 mittam 5 anquirere 9 ver. ill. 15 mensium
19 XXX 20 XXX

1 *caliginem* D. *tam* coni. Almeloveen. 2 *recentiores* D. *recentiore memoria* Cauchius. 6 ***Lavin***. August. C. D. XV, 12. Solin. 1. 11 *esset* glm. ***Rom***. cf. Ideler chron. II p. 16 sqq. Niebuhr R. G. I p. 284 sqq. Merkel. ad Ovid. fast. p. LXXVII sqq. 14 *Graccho....* D (ras.), *graccho* Rgl. V. Hertz. de Cinciis p. 88 sqq. ***Fulvio*** in fastis, v. Kraus. frgmm. histt. Rom. p. 126 sq. Merkel. ad Ovid. fast. p. LXXV. ***Varroni*** in libro de annis, ut suspicatur Merkel. l. l. 15 ***Suetonius*** scripsit Suida teste (v. *Τράγκυλλος*) *περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον α'*. 17 *CCCIII* DR, *CCC in* g. 19 *octuber* D. 20 **XXX** DR. 22 *sive annum ut ait* D.

nio XII facti sunt menses et dies CCCLV, quamvis luna XII suis mensibus CCCLIIII dies videbatur explere. sed ut unus dies abundaret, aut per inprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea superstitione qua impar numerus plenus et magis faustus habebatur. Certe ad annum 5
priorem unus et quinquaginta dies accesserunt; qui quia menses duo non explerent, sex illis cavis mensibus dies sunt singuli detracti et ad eos additi, factique dies L*V*II, et ex his duo menses, Ianuarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. atque ita omnes menses pleni et inpari dierum numero esse coeperunt, excepto Februario, qui solus cavus et ob hoc ceteris infaustior est habitus. Denique cum intercalarium mensem viginti duum vel vi- 6
ginti trium dierum alternis annis addi placuisset, ut civilis annus ad naturalem exaequaretur, in mense potissimum Februario inter terminalia et regifugium intercalatum est, idque diu factum priusquam sentiretur annos civiles aliquanto naturalibus esse maiores. Quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum negotium eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa. Sed horum plerique 7
ob odium vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret diutiusve fungeretur aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnove esset, plus minusve ex libidine intercalando rem sibi ad corrigendum mandatam ultro

2 videatur 7 duos non inplerent 8 factique sunt dies 13 interkalarem 19 datum est neg.

3 *dies unus* R. 7 *sex his cav.* Rg. 8 ***LXII*** DR. 13 *mensuum* D, *mensium* Rgl. 16 *interminalia* Rg. 18 *dilectum* D. 21 *vel ex quis mag.* g. *vel ex quis in agrum cit.* l. *diutius abiret* R. 22 *diutiusque fung.* DRgl. *redeptor* D, *redemptores* gl. 23 *liuidine intercalandi* Rg. 24 *mandatum* D. *ultroque* DR (in marg. *utroque*) g, *utroque* m, *utrique* l. *ultro quia* corr. Lachm.

qu*ia* depravarunt, adeo aberratum est ut C. Caesar pon- 8
tifex maximus suo III et M. Aemilii Lepidi consulatu, quo
retro delictum corrigeret, duos menses intercalarios die-
rum LX*V*II in mensem Novembrem et Decembrem inter-
poneret, cum iam mense Februario dies tres et viginti in-
tercalasset, faceretque eum annum dierum CCCCXXXXV,
simul providens in futurum ne iterum erraretur: nam in-
tercalario mense sublato annum civilem ad solis cursum
formavit. Itaque diebus CCCLV addidit X, quos per 9
septem menses, qui dies undetricenos habebant, ita dis-
tribuit, ut Ianuario et Sextili et Decembri bini accede-
rent, ceteris singuli; eosque dies extremis partibus men-
sum adposuit, ne scilicet religiones sui cuiusque mensis
a loco summoverentur. Quapropter nunc cum in septem 10
mensibus dies singuli et triceni sint, quattuor tamen illi
ita primitus instituti eo dinoscuntur quod nonas habent
septimanas, ceteri tres omnes*que* reliqui quintanas. Prae-
terea pro quadrante diei, qui annum verum suppleturus
videbatur, instituit ut peracto quadriennii circuitu dies
unus, ubi mensis quondam solebat, post terminalia inter-
calaretur, quod nunc bissextum vocatur. Ex hoc anno 11
ita a Iulio Caesare ordinato ceteri ad nostram memoriam
Iuliani appellantur, iique consurgunt ex quarto Caesaris
consulatu. qui etiamsi optime, non soli tamen ad annum
naturae aptati sunt: nam et priores a*nni*, etiam si qui

1 quia *om.* Adeoque 12 mensium 17 ceteri quint.
24 etiamsi non optime, soli 25 alii

1 *C. Caes.* cf. Ideler. chron. II p. 117 sqq. 4 *LXIIII* DR. v. ad 17, 8. 10 *discribet*... D ras. 11 *Decembri ne bini* D. 13 *regiones* Rg. 17 *ceteri tres omnes alii reliqui quint.* DRglm. *ceteri tres quint.* em. Modius lectt. novant. ep. 42. Corr. Lachmann. 20 *menses* D. 23 *eique* Dg. 24 *etiamsi optimo non soli* Dgm, *etiamsi obtimo non soli* R, *etiamsi non optime soli* edd. vett. *anni naturam* glm. 25 *alii* DRgl. Corr. Lachmann.

decemmestres fuerunt, nec Romae modo vel per Italiam, sed et apud gentes omnes, quantum *poterat*, *ii*dem fuerunt correcti. Itaque cum de aliquo annorum numero 12
hic dicetur, non alios par erit quam naturales accipere.

Et si origo mundi in hominum notitiam venisset, inde exordium sumeremus: XXI. nunc vero id interval- 1
lum temporis tractabo quod *ἱστορικὸν* Varro adpellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur *ἄδηλον*, secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, *μυθικὸν* nominatur, tertium a prima olympiade ad nos, quod dicitur *ἱστορικόν*, quia res in eo gestae veris historiis continentur. Primum enim 2
tempus, sive habuit initium seu semper fuit, certe quot annorum sit non potest comprehendi. secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et sexcentos annos esse creditur. a priore scilicet cataclysmo, quem dicunt *Ogygii*, ad Inachi regnum anni *sunt* circiter quadringenti * *, hinc ad olympiadem primam paulo plus

2 poterat idem, 15 sive s. 19 quem Ogygium dicunt anni circiter CCCC. hinc

2 *quantum postea idem* D (*po*ˢ*ea*..ras.) Rglm. *fuerunt corr.* DRl, *fuere corr.* g, *fuere correpti* m. *quantum poterat idem fuerunt corr.* Carrio. 4 *diceretur* D. 7 *historicon* Dg. *Varro* in libris de gente P. R. v. ad 2 et 5. 9 *quod — ἄδηλον* om. Rgl. 10 *adelon* D. *a cat. pr.* om. Rgl. 11 *priorem* D. *multa in eo* R. 12 *mythicon* Dg. 13 *historicon* Dg. 15 *tempum* D. *habet* gl. *quod* D. 19 *quem dicunt erogycii* D. *erogicii* R, *erogitii* g, *erogitium* l, *erogyptii* m. *Ogygis* edd. vett. *Ogygium* Carrio. Cf. August. C. D. XVIII, 8. „Nam Varro inde (a diluvio Ogygii) exorsus est librum, cuius mentionem superius feci (de gente Populi Romani, v. XVIII, 2), et nihil sibi, ex quo perveniat ad res Romanas, proponit antiquius, quam Ogygii diluvium." cf. XXI, 8. et Schol. Stat. Theb. I, 173. *Iachi* R. *annos* D, *annis* Rg. Post *quadringenti* omissa sunt:

quadringenti. Quos solos, quamvis mythici temporis pos-
tremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos qui-
dam certius definire voluerunt. et quidem Sosibius scrip- 3
sit esse CCCLXXXXV, E*ra*tosthenes autem septem et
quadringentos, Timaeus CCCCXVII, *A*retes DXIIII, et
praeterea multi diverse, quorum etiam ipsa dissensio in-
certum esse declarat. De tertio autem tempore fuit qui- 4
dem aliqua inter auctores dissensio in sex septemve tan-
tummodo annis versata: sed hoc quodcumque caliginis 5
Varro discussit, et pro cetera sua sagacitate nunc diver-
sarum civitatium con*f*erens tempora, nunc defectus eo-
rumque intervalla retro dinumerans, eruit verum, lucem-
que ostendit, per quam numerus certus non annorum
modo sed et dierum perspici possit. Secundum quam 6
rationem nisi fallor hic annus, cuius velut index et titu-
lus est U*l*pii et Pontiani consulatus, ab olympiade prima
millensimus est et quartus decimus, ex diebus duntaxat
aestivis, quibus agon Olympicus celebratur; a Roma au-
tem condita nongentensimus nonagensimus primus, et

*hinc ad excidium Troiae anni octingenti,* v. Boeckh. ad C. I. II, p. 127. Fischer. Gr. Zeitt. p. 5. neque enim sufficit cum Scaligero de em. temp. p. 344 corrigere *MCC,* quia quae sequuntur ad excidium Troiae pertinent. 2 *a* om. D. 3 *Sosibius* Laco, qui *χρόνων ἀναγραφὴν* scripsit, cf. Voss. de hist. gr. I, 15 p. 136 W. 4 *Emtosthenes* DR. Cf. Fischer Gr. Zeitt. p. 4 sqq. 5 *Itimeus* Rg. De Timaei ratione ab hac discrepante v. Fischer. l. l. p. 11 sq., qui legere malit *Thrasyllus,* cl. Clem. Alex. str. I p. 335 D. 336 A, quem Varro de Ogygii diluvio certe adhibuit, v. August. C. D. XXI, 8. *Eretes* DR, *Erethes* lm, unde Carrio reposuit *Aretes* cf. c. 18, 11. *Oroethes* coni. Manut. Fortasse leg. *Crates.* Hunc in disputationibus Homericis de hac re egisse verisimile est. 8 *auctores* D. 10 *Varro* cf. Arnob. V, 8: „Varro ille Romanus — in librorum quattuor primo quos de gente conscriptos populi Romani dereliquit, curiosis computationibus edocet, ab diluvii tempore cuius supra fecimus mentionem ad usque Hirti consulatum et Pansae annorum esse milia nondum duo." 11 *conterens* DRg. 16 *Utpii* DRg. 17 *milensimus* D.

quidem ex Parilibus, unde urbis anni numerantur; eorum 7
vero annorum quibus Iulianis nomen est ducentensimus
octogensimus tertius, sed ex die Kal. I*anuar*iarum, unde
Iulius Caesar anni a se constituti fecit principium; at 8
eorum qui vocantur anni Augustorum ducentensimus sexagensimus quintus, perinde ex Kal. Ian., quamvis ex ante diem XVI Kal. Febr. imperator Caesar, Divi filius, sententia L. Munati Planci a senatu ceterisque civibus Augustus adpellatus est se VII et M. Vipsanio Agrippa
III Coss. Sed Aegyptii, quod biennio ante in potestatem 9
dicionemque populi Romani venerunt, hunc Augustorum annum ducentensimum sexagensimum septimum *numerant*. Nam ut a nostris ita ab Aegyptiis quidam anni in litteras relati sunt, ut quos Nabonnazarii nominant, quod a primo imperii eius anno consurgunt, quorum hic nongentensimus octogensimus sextus est; item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni numerantur et ad hunc
usque perducti annos DLXII consummant. Sed horum 10
initia semper a primo die mensis eius sumuntur cui apud Aegyptios nomen est Tho*y*th, quique hoc anno fuit ante

3 Kal. Ian. 8 Munacii 11 habent hunc 12 numerant *om.* 14 Nabonnazaru 16 est *om.* 20 Thoth

1 ***Palilibus*** gl. v. ann. cr. ad Pers. I, 72. add. Athen. VIII p. 361 F. Eust. p. 1501, 33. ***urbẹs*** D ras. 3 ***K̄L̄. Iuniarum*** DR. 4 ***ad*** D. 5 ***August.*** cf. Ideler. üb. d. astron. Beob. d. Alt. p. 133 sq. 6 ***Ianuarias*** D. ***et ante*** R, ***est ante*** g. 9 ***Augustus*** om. Rl. Cf. Weichert. Caes. Aug. rell. p. 69 sq. Merkel. ad Ovid. fast. p. LX. Kellermann. spec. epigr. p. 17 sq. ***si septies*** D. 10 ***III*** om. Rg. ***Aegypt.*** cf. Ideler. chron. I p. 153 sqq. 12 ***numerant*** addidi, quod ob seq. ***num ut*** omissum videtur. Edd. vett. supra ante ***hunc Aug. ann.*** addunt ***habent,*** quod codd. non agnoscunt. 14 ***nabonazaru*** D, ***nabonnatarii*** R, ***nabonagarii*** gl. ***Nabon.*** cf. Ideler. chron. I p. 98 sqq. 16 ***Philippi,*** Aridaei cf. Ideler l. l. I p. 106 sqq. üb. d. astron. Beob. d. Alt. p. 47 sq. 20 ***Thouth*** DR, ***Thout*** g.

diem VII Kal. Iul., cum abhinc annos centum imperatore
Antonino Pio *II* et Bruttio Praesente Romae Coss. idem
dies fuer*i*t ante diem XII*I* Kal. Aug., quo tempore so-
let canicula in Aegypto facere exortum. Quare scire 11
etiam licet anni illius magni, qui, ut supra dictum est,
solaris et canicularis et dei annus vocatur, nunc agi ver-
tentem annum centensimum. Initia autem istorum an- 12
norum propterea notavi, ne quis eos aut ex Kal. Ian.
aut ex aliquo tempore simul putaret incipere, cum hic
conditorum voluntates non minus diversae sint quam opi-
niones philosophorum. Idcirco aliis a novo sole, id est 13
a bruma, *aliis* ab aestivo solstitio, plerisque ab aequinoc-
tio verno, partim ab autumnali aequinoctio, quibusdam
ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis
a canis exortu incipere annus naturalis videtur.

XXII. Mensum genera duo: nam alii sunt natura- 1
les, alii civiles. Naturalium species duae, quod partim 2
solis partim lunae esse dicuntur. Secundum solem fit
mensis dum sol unumquodque in zodiaco orbe signum
percurrit, lunaris est autem temporis quoddam spatium a
nova luna. Civiles menses sunt numeri quidam dierum 3
quos unaquaeque civitas suo instituto observat, ut nunc

2 Romae *om.* iidem 3 fuerint XII 6 et sol. et 9 alio aliquo t. simili his 13 auctumno 18 dicantur

2 *II* om. DR. *idem dies fuerunt* DRg. *fuerit* corr. Maffei Mus. Ver. p. 343. 3 *XII* DRgl. corr. Scaliger de em. temp. p. 192. Petav. uranol. II p. 203. Dodwell. prol. in append. ad diss. Cypr. X. Bainbridge Canicularia p. 35. Ideler. üb. d. astr. Beob. d. Alt. p. 75 sq. chron. I p. 128. *solet can.* cf. Ideler. üb. d. astr. Beob. d. Alt. p. 85. 5. 6 *estcolaris* D. *est* om. Rg. *colaris* g. 9 *aliquo* DRg. *his* DR. *in his* coni. Nagel. in progr. Altorf. 1754, *hic* corr. Lachmann. 11 *alii*.. D. *s* eras. 12 *a brumali ab aest.* DRg, *ab hiemali ab aest.* l. *plerique* R. 21 Addendum videtur: *ad novam lunam.*

Romani a kalendis in kalendas. Naturales et antiqui-
ores et omnium gentium communes sunt, civiles et pos-
terius instituti et ad unamquamque pertinent civitatem.
Qui sunt caelestes, sive solis seu lunae, neque peraeque 4
inter se pa*r*es sunt, nec dies habent totos. Quippe sol
in aquario moratur circiter undetriginta, in pisce fere
triginta, in ariete unum et triginta, in geminis prope tri-
ginta et duos, et sic in ceteris inaequabiliter, sed usque
adeo non totos dies in singulis, ut annum suum, id est
dies trecentos sexaginta quinque et portionem nescio quam
adhuc astrologis inexploratam, in duodecim suos dividat
menses. Luna autem singulos suos menses conficit diebus 5
undetriginta circiter et dimidiato, sed et hos inter se dis-
pares, alias longiores, alias breviores. At civitatium men-
ses vel magis numero dierum inter se discrepant, sed
dies ubique habent totos. Apud Albanos Martius est sex 6
et triginta, Maius viginti et duum, Sextilis duodeviginti,
September sedecim: Tusculanorum Quintilis dies habet
XXXVI, October XXXII, idem October apud Aricinos
XXXVIIII. Minime videntur errasse qui ad lunae cur- 7
sum menses civiles accommodarunt, ut in Graecia ple-
rique, apud quos alterni menses ad tricenos dies sunt
facti. Maiores quoque nostri idem sunt aemulati, cum 8
annum dierum CCCLV habe*re*nt. sed divus Iulius cum
videret hac ratione *ne*que ad lunam menses, ut oporte-
bat, neque ann*um* ad solem convenire, maluit annum cor-

24 D. Iulius 25 nec

3 *pertinentes* coni. Lachm. 5 *partes* DR. 6 *unde XXX* D. 13 *undetrigenta* D. 14 *alios — alios* edd. vett. *civitatum* gl. 15 *numeros* D. 17 *viginti iduum* D. 18 *quintiles* D. 20 *minimum* coni. Manut. 24 *habent* DRg. 25 *ratione quae ad* DR, *ratione q̄ ad* g. 26 *anno* DR. *convenire aliud annum* D.

rigere, ut sic etiam menses *civiles* cum veris illis solari-
bus, etsi non singuli, tamen universi ad anni finem ne-
cessario concurrerent.

Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse 9
Fulvius et Iunius auctores sunt. et quidem duos primos
a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre,
Aprilem ab Aphrodite, id est Venere, unde maiores eius
oriundi dicebantur. proximos duos a populo, Maium a
maioribus natu, Iunium a iunioribus. ceteros ab ordine
quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde
a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina men- 10
sum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam
urbem fuisse satis ar*gute* docet. Itaque Martium men- 11
sem a Marte quidem nominatum credit, non quia Ro-
muli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Apri-
lem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo, quod
tunc fere cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat
natura. Maium vero non a maioribus, sed a Maia nomen 12
accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in
Latio res divina Maiae fit et Mercurio. Iunium quoque
a Iunone potius quam iunioribus, quod illo mense ma-
xime Iunoni honores habentur. Quintilem, quod loco iam 13
apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad

1 menses vel cum 2 univ. tamen 10 usque ad Dec.
12 arbitratur 20 fiat 22 habeantur iam *om.*

1 *menses vel cum* DRg. corr. Lachmann. 3 *concurrent* D.
4 *Nomina* cf. Varr. L. L. VI, p. 213 sq. Macrob. Sat. I, 12. Serv. ad Virg. Georg. I, 43. Merkel. ad Ovid. fast. p. LXXIX.
8 *Mai. mai.* Rg. 9 *ceteris* Dg. 10 *usque ad* Dg. 12 *arbitratur* Rgl, *arbitrantur* D. 13 *satis arkiti* D. *arkyt* R, *arkisti* g, *ἀρχιτι* ms. Almelov., *arcpti* m. *apte* vel *aperte* coni. Manut. *argute* Carrio. 16 *aprodite* D. 17 *ferre* D. 18 *Maia* cf. Io. Lyd. de mens. IV, 52 p. 101. 21 *maximae* D.
22 *loiam* R, *loco iam* Dd. 23 *sextile* D.

Decembrem a numeris appellatos. Ceterum Ianuarium
et Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam
ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano, cui adtributus
est, nomen traxisse, Februarium a februo. Est febru*u*m 14
quidquid expiat purgatque, et februamenta purgamenta,
item februare purgare et purum facere. Febru*u*m autem
non idem usquequaque dicitur: nam aliter in aliis sacris
februatur, hoc est purgatur. In hoc autem mense Lu- 15
percalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt,
quod febru*u*m appellant, unde dies Lupercalium proprie
februatus et ab eo porro mensis Februarius vocitatur.
Ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina in- 16
mutata. Nam Qui*ntilis* Iulius cognominatus est C. Cae-
sare V et M. Antonio Coss. anno Iuliano secundo: qui
autem Sextilis fuerat, ex *S*C. Marc*i*o Censorino C. Asi-
nio Gallo Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus
anno Augusti vicensimo. Quae nomina etiamnunc ad
hanc permanent memoriam. postea vero multi principes 17
nomina quaedam mensum inmutaverunt suis nuncupando
nominibus; quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut
post obitum eorum illa nomina pristina suis reddita men-
sibus *sunt*.

XXIII. Superest pauca de die dicere, qui, ut men- 1
sis aut annus, partim naturalis partim civilis est. Natu- 2

5 piat 6. 10 Februm 13 qui Quint. fuit Iul. 17 anno Augustano 22 fuerunt 24 et ann.

1 *numis* D. 4. 6 *februm* DR. cf. Paull. s. v. *februarius* ib. Müller. p. 85. 6 *februare* cf. Io. Lyd. de mens. IV, 20 p. 68. Non. s. v. p. 115. 10 *februm* DRg. 13 *nam qui Iulius* DR, *nam quintilis Iul.* gl. 14 *Antunio* D. 15 *ex c marco Cens.* DR, *C. M. Cens.* g. 17 *Augusti* D, *Augustio* R, *augustino* l, *augustano* g. 22 *sunt* om. DR, post *suis* add. g. 24 *et ann.* g. *naturales dies* D ras.

ralis dies est tempus ab exoriente sole ad solis occasum,
cuius contrarium tempus est nox ab occasu solis ad exortum.
Civilis autem dies vocatur tempus quod fit uno caeli cir-
cumactu, quo dies verus et nox continetur, ut cum di-
cimus aliquem dies XXX tantum vixisse: relinquitur
enim etiam noctes intellegere. Huiusmodi dies ab astro- 3
logis et civitatibus quattuor modis definitur. Babylonii
quidem a solis exortu ad exortum eiusdem astri diem
statuerunt, at in Umbria plerique a meridie ad meridiem,
Athenienses autem ab occasu solis ad occasum. Cete-
rum Romani a media nocte ad mediam noctem diem esse
existimarunt. Indicio sunt sacra publica et auspicia etiam 4
magistratuum, quorum si quid ante medium noctis est
actum, diei qui praeteriit adscribitur, si quid autem post
mediam noctem et ante lucem factum est, eo die ges-
tum dicitur qui eam sequitur noctem. Idem significat 5
quod qui a media nocte ad proximam mediam noctem
in his horis quattuor et viginti nascuntur eundem diem
habent natalem. In horas XII divisum esse diem noc- 6
temque in totidem, vulgo notum est: sed hoc credo Ro-
mae post reperta solaria observatum. Quorum antiquis-
simum quod fuerit inventu difficile est: alii enim apud
aedem Quirini primum statutum dicunt, alii in Capitolio,

1 oriente 2 usque ad exort. 12 existimaverunt

1 *oriente* g. *a solis* D. 3 *civiliter autem* DR. *circum-actum quod dies* D. 7 *babylloni* D. Conf. Plin. nat. hist. II, 77, 79. Haec ex Varronis libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, petita esse, docet Gell. III, 2. Macrob. Sat. I, 3. Cf. Ideler. chron. I p. 224. 8 *quidam* DRg. 14 *praeterit* D. 16 *dicetur* DRgl. *quia eam* D. 17 *qui* cf. Varro l. l.: „Homines, qui ex media nocte ad proximam noctem in his horis XXIV nati sunt, una die nati dicuntur." 19 *oras XII* D. *diem div.* D. 21 *solaria* cf. Ideler. chron. II p. 8 sqq. Ryck. de Capitol. 38 p. 138 sqq. 23 *Capitolino* Dgm, *capitulino* R.

nonnulli ad aedem Dianae in Aventino. Illud satis cons- 7
tat, nullum in foro prius fuisse quam id quod M. Va-
lerius ex Sicilia advectum ad rostra in columna posuit.
Quod cum *ad* clima Siciliae descriptum ad horas Romae
non conveniret, L. Philippus censor aliud iuxta consti-
tuit. Deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica censor
ex aqua fecit horarium, quod et ipsum ex consuetudine
noscendi a sole horas solarium coeptum vocari. Horarum 8
nomen non minus annos trecentos Romae ignoratum esse
credibile est: nam XII tabulis nusquam nominatas horas
invenies, ut in aliis postea legibus, sed ante meridiem,
eo videlicet quod partes diei bifariam tum divisi meridies
discernebat. Alii die*m* quadripartito sed et noctem simi- 9
liter dividebant. idque *consue*tudo testatur militaris, ubi
dicitur vigilia prima, item secunda et tertia et quarta.

XXIV. Sunt etiam plura noctis et diei tempora
alii*s* subnotata propriisque discreta nominibus, quae apud 1
veteres poetas passim scripta inveniuntur. ea omnia or-
dine suo exponam. Incipiam a nocte media, quod tempus
principium et postremum est diei Romani. Tempus quod
huic proximum est vocatur de media nocte: sequitur 2
gallicinium, cum galli canere incipiunt; dein conti-
ci*ni*um, cum conticuerunt; tunc ante lucem, et sic

10 nam in XII 11 invenias 14 idque similitudo

1 *illos sat.* D. Tradidit hoc Varro teste Plin. VII, 60. 4 *quod q̄m* D. *a clima[te]* D, *a climate* Rgl. *oras* D. 6 *Namsicaensor* D. 7 *solarium* coni. Manut. Pet. Faber apud Vinetum. 8 *horarum* D. cf. Madvig. ad Cic. de fin. I, 18, 60. 9 *traecent.* D. *CCCCL* aut *CCCCLX* legendum putat Salmas. exercc. Plin. p. 651. 11 *legimus* g. 13 *die* DR. 14 *idque similitudo* DR, *idque si multitudo* g. *idque divisio* coni. Nagel. in progr. Altorf. 1754. *idque consuetudo* corr. Lachmann. 17 *ali subn.* D. *aliis* om. R. 18 *scribta* D. Cf. Varro L. L. VI p. 187 sqq. Macrob. Sat. I, 3. Serv. ad Virg. Aen. II, 268. III, 587. 22 *conticium* DR.

diluculum, cum sole nondum orto iam lucet. Secundum diluculum vocatur mane, cum lux videtur solis; 3 post hoc ad meridiem; tunc meridies, quod est medii diei nomen; inde de meridie; hinc suprema. quamvis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in XII tabulis scriptum sic, solis occasus suprema tempestas esto: sed postea M. Plaetorius tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est Praetor urbanus qui nunc est quique posthac f*u*at duo lictores apud se habeto *u*sque supremam ad solem occasum iusque inter cives dicito. Post supremam sequitur vesper*a*, ante or*t*um 4 scilicet eius stellae quam Plautus vesperuginem, Ennius

**6 sol occasus 10 duos habeto isque usque ad supremam ius inter civis dicito**

1 *deluc.* D. 2 *sole* Dg. *solis* om. R. 3 *medi* D. 4 *suprema* cf. Gron. ad Plaut. Asin. III, 3, 4. 6 *solis occasus* DRg. et ita codd. apud Varr. L. L. VI p. 187. VII p. 337. ubi v. Müller. Apud Fest. s. v. *suppremum* p. 305 item extat *solis,* nec aliter legitur apud Macr. Sat. I, 3. Gellius (XVII, 2, 10) tamen testatur scriptum fuisse *sol occasus.* V. Dirksen. de XII tabb. p. 180 sq. cl. Huschk. anall. litt. p. 106 sq. 7 *Plectorius* g. cf. Varro L. L. VI p. 187. Niebuhr. Röm. Gesch. III p. 38. 10 *fiat* DR, *fiet* glm. *fuat* Modius lectt. novant. ep. 14. *duos* gl, *duo* DR prob. Stewech. ad Apul. p. 61. Oudendorp. ad Caes. B. G. VII, 33. *isque supremam ad solem occasum iusque inter cives* Dg, *iisque supr. ad solem occasum iusque int. civ.* Rm, *iisque supr. ad solem occasum ius int. civ.* l, unde Modius l. l. effecit: *isque supremam ad solemque occasum ius int. civ.* Carrio: *isque usque ad supremam ius int. civ.* ego Lachmanno auctore ex codd. scriptura nihil mutavi nisi *isque* vel *iisque* in *usque.* Nam lege Plaetoria videtur cautum esse ut praetor usque ius diceret per supremam ad ipsum occasum solis, etsi praeco supremam paulo ante occasum solis pronuntiasset et iudices dimisisset. ex quo Varro et Censorinus apparere dicunt supremam non post occasum solis demum incipere, sed ex quo suprema dicta sit. 11 *dic.to* D ras. 12 *vesperanteorum* D, *vesperantetorum* R. 13 *Plaustus* D. Amph. I, 1, 119. Cf. Varr. L. L. VI p. 189. VII p. 335. apud August. C. D. XXI, 8.

vesperum, Vergilius hesperon adpellat. Inde porro crepusculum, sic fortasse adpellatum quod res incertae creperae dicuntur idque tempus noctis sit an diei incertum est. Post id sequitur tempus quod dicimus luminibus accensis: antiqui prima face dicebant; deinde concubium, cum itum est cubitum; exinde intempesta id est multa nox, qua nihil agi tempestivum. tunc † cum ad mediam noctem dicitur, et sic media nox. * * *

1 Virgilius adpellant 7 temp. est: 8 † cum *om.* 9 *** *om.*

1 *Verg.* ecl. VIII, 37. X, 77. 4 *lum. acc.* cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 285. 6 *com itum est cobitum* D. 7 *quia* R. *temp. est* R. *est* om. Dgl. 8 *cum* add. DRgl. *iam* coni. Lachmann.

Finem libri deesse manifestum est, nam supra c. 16, 1 se de Cerelli die natali acturum esse professus est, et quin extremo libro patronum allocutus sit similiter ac primo et medio c. 15, 4 sqq. factum videmus, non potest esse dubium.

# FRAGMENTUM
## CENSORINO ADSCRIPTUM.

D. codex Darmstadiensis.
R. codex Vaticanus n. 4229.
b. codex Bernensis sec. XV, cont. c. 5—8.
g. codex Gorlicensis.
m. codex Manutii.
p. codex Pithoei apud Carrionem.
r. codex Vaticanus n. 4498.
s. scholia Germanici.

## I. DE NATURALI INSTITUTIONE.

Initia rerum eadem elementa et principia dicuntur.
Ea stoici credunt tenorem atque materiam. tenorem, qui
rarescente materia a medio tendat ad summum, eadem
concrescente rursus a summo referatur ad medium. Tha-
les Milesius aquam principium omnium dixit, et alias opi-
niones supra retuli. Stoicorum opinio probanda, qui cum 2
arte compositum mundi opus considerarent, introduxe-
runt naturam providam ac sapientiam, quam ordo inper-
mutabilis ostenderet, *et* industria factum pronuntiaverunt.
Sive perpetuus sive longaevus est mundus et in flammas 3
abit et vicissim ex flammis renovatur ac restituitur, du-
rantibus tamen principiis, nec recidere ad nihilum videri
potest, quod in se deficit et in se regignitur. Et cons- 4
tat quidem quattuor elementis, terra, aqua, igne, aere.

6 omn. rerum dix. et *om.* 9 sapientem

1 *De naturali institutione* Haec verba nullo spatio interposito ultima Censorini sequuntur in DRgr. 3 Quae hic de stoicis traduntur mira sunt, inprimis *tenoris* voc. *adque* D. 5 *tales* D. 7 *rettuli* D. *st. tamen op.* coni. Cauchius. 8 *idcirco duxerunt* m. 10 *ostendet* m. *et* om. DRg. *eoque ind.* coni. Cauchius. 11 *flammam* g. 12—14 *restituitur post quod in se deficit* gm, omissis mediis. 14 *deficiit in se* D.

cuius principalem solem quidam putant, ut Cleanthes; *at* Chrysippus aethera, cuius motu perenni subiecta tenentur et administrantur, et ipse quidem aether nihil patitur. † Aera aethera supra infra aquam aera supra aquam infra terram. Terra omni*a* ex *s*e omnium permixtione progignit, et temperantia fovetur, intemperantia laeditur. Invicem porro elementa succedere et interitu singulorum universa fieri sempiterna manifestum est. 5

## II. DE CAELI POSITIONE.

Caelum circulis quinque distinguitur. quorum duo extremi maxime frigidi, australis humillimus et aquilonius excelsissimus. his utrimque proximi duo paralleloe vocantur, aeque ut ita dixerim distantes, iidem tropici, iidem solstitiales; alter hibernus, per quem sol trans*iens et* te*n*ens octavam partem capricorni solstitium hibernum facit; alter aestivus, per quem sol octava parte cancri solstitium aestivum facit. medius est aequinoctialis, qui 2
octava parte arietis aequinoctium vernum, octava librae autumnale constituit.

2 ut Chr. 4 aer aetherem aquam et aer s. 5 se om. 12 paralleli 14 sol transmittens octavam 18 oct. parte librae

1 *principale* coni. Menag. ad Diog. L. VII, 139. Villois. ad Cornut. p. 432. *Cleanth.* v. Diog. L. VII, 139. 2 *et Chr.* DRg. *at* ed. vet. prob. Manut. *Chrys.* Diog. L. VII, 139. 3 *aeter* D. 4 *Aera—terram* DRg corrupte. Quid dicendum fuerit, docet Diog. L. VII, 137: *ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, — μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ, ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν.* cf. Achill. Tat. isag. p. 126. *Aer habet aethera supra, infra aquam, at aqua aera supra, infra terram* coni. Manut. *Aer aetherem supra, infra aquam, aqua infra terram* coni. Nunnes. 5 *terra omni exc omn.* D, *t. omnis ex omn.* R, *terra sex omni* g. *permixtio* D. 7 *succidere* D. 10 Totum c. 2. paucis tantum verbis mutatis legitur apud schol. Germanici p. 33 sq. Buhl. 12 *parallellae* DRg. 13 *idem* Dg. 14 *solist.* D. *transmittens* DRg, *transiens et tenens* s.

Ut circuli *in* caelo, ita in terra: zonae vocantur. in-
habitabil*es* infra frigid*os* circul*os* ob rigorem, quod ab his
longissime sol abest, item *medius* aequinoctial*is*, quod
sub vertice solis est. sub quo quidam habitar*i* dicunt 3
† cydropiae et Aethiopiae maximam partem, item pluri-
mas insulas maris rubri aliosque vertices eminentiasque
terrarum nostris ampliores. sub tropicis habitar*i* nihil
dubium est. noster solstitialis aestivus est excelsus at-
que arduus. divisi a nobis circulo aequinoctiali antich- 4
thones iidem antistoech*oe* et antisc*io*e nominantur. vi-
dentur humiles atque depressi quibusque antipodes infra

1 in terra zonae v.: inhabitabilis infra frigidus circulus 3 item extensus in radios aequinoctiales 4 habitare 5 cydrophe 7 habitare 9 ant. vocantur. *tum* iidem ant. et ant. nom. *om.*

1 *in* om. DR. *inhabitabilis* DRg. *inhabitabiles frigidi circuli sunt* s. 2 *frigidus circulus* DRg. *quo* Rg. 3 *item in radios aequinoctiales* DRg, *item medius aequinoctialis* m. *item — solis est* om. s, qui tum: *sub torrido.* 4 *habitare* DRgs. 5 *cydrophe et* D in ras., *cydropiae et* Rgp, om. s. 7 *habitare* DRgs. *nulli dub.* s. 9 *divisi autem sunt a nobis qui* s. *actiones nominantur* DR (in marg. *anistones*), *antistones nominantur* g, *antichtones nominantur et* s. Post *terrarum* p. 78, 2 habent codd. *antictones idem et antistoche et antiscepe nominantur* D, *anistones iidem et antistochae et antischepae nominantur* R, *antistones idd et antisthecepae nominantur* g (*quas antichthones et antistochae et antisceptae inhabitare dicuntur* s); quae huc transposui, quia mihi omissa prius et in margine addita postea non recto loco reposita videntur. *ἀντίστοιχοι*, quod in cod. sch. Germ. se legisse testatur Is. Voss. app. ad Pomp. Mel. I, 19 p. 32, hoc sensu an alio loco legatur nescio. E corrupto *antiscepe* facillime fit, quod corr. Lachmann., *antiscioe*, quorum commemoratio aptissima, cf. Ach. Tat. isag. p. 157. Carrio coni. *antoeci*, quorum sane mentio fieri solet, cf. Gemin. el. astr. p. 56. Achill. Tat. is. p. 155. Macrob. in somn. Sc. II, 5. Prob. ad Virg. Georg. I, 233, ubi pro *anterumene* legendum est *antoecumene*. Nunnes. servari voluit *antiscepae* i. e. „qui aversi contrarios polos spectent," Is. Voss. e cod. Germ. *antiscythae*. 11 *qui* pro *quibusque* s.

sunt; quod ut posse videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum.

Incipit signifer non ab extremo circulo nec ad extremum pertenditur, sed ab *i*mo tropico australi brumalique eodem per aequinoctialem ad summum solstitialem eundemque aestivalem per medium longitudinis latitudinisque porrectus obliquum. Circuli signiferi partes 5 CCCLX, signa duodecim partium singula tricenarum, quorum quaedam minora, quaedam ampliora et † poploeanafora dicuntur: sed conpensatio quinque partes creditur adplicare, ut sint omnes signiferi partes CCCLXV. Horum incipientia ab ariete altera sunt † masculinis femininis masculorum naturalibus, alia feminarum convenientia. item quartum quodque eorum aut tropicum, aut 6 solidum, aut *bi*forme. incipiet dinumeratio ab ariete, quod signum tropicum est. tropicorum duo sunt aequinoctiali*a*, *aries* et libra, duo solstitialia, capricornus et cancer, tropicis *pro*xima solida, anteposita his *bi*formia.

2 ***Post*** terrarum ***add.*** antichthones idem antoecoe nominantur. 9 et populo * dicuntur 12 altera sunt masculina altera feminina et masculina quidem masculorum natalibus 15 deforme denumeratio 18 deformia.

1 ***ut esse vid.*** s. ***ut posse fieri vid.*** coni. Cauch. 4 ***a̤b̤ⁱⁿtimo*** D ras., ***ab intimo*** Rps, ***ab initio*** g. ***ab imo*** Carr. 6 ***longitudo in his latitudinisque*** Dp, ***in his longitudo latitudoque*** s. Haec vix sana. 7 ***Obliquae*** s. 9 ***poplocanafora*** D, ***poplo canafora*** R, ***poploeana*** g, ***populo canophora*** s. ***πολυανάφορα*** coni. Cauchius. 10 ***partibus*** s. 11 ***adplicari*** Ds. 12 Exhibui quae leguntur in DRg, nisi quod Rg ***et*** ante ***masc.*** addunt. s ita: ***alia sunt masculorum natalibus, alia feminarum.*** Sententia tale quid postulat: ***alterna*** (ita Cauchius) ***sunt masculina masculorum natalibus, alterna feminina feminarum convenientia.***
14 ***partum*** in mg. ***quartum*** R. ***quoque*** Rgs. 15 ***deforme*** DRgs. ***biforme*** corr. Cauchius Nunnes., ut recte exstat c. 3, 9. Ptolem. tetrab. I, 12 ***τροπικά, στερεά, δίσωμα*** vocat, Firmic. math. II, 12 ***mobilia, fixa, bicorporea.*** 16 ***aequinoctiali et librae*** DRg. 18 ***maxima*** DRg. ***deformia*** DR, ***defora*** g.

## III. DE STELLIS FIXIS ET *ERR*ANTIBUS.

Stellarum aliae cum caelo feruntur, ideoque quod
non excedunt suos locos fixae nominantur, aliae contra
caelum et in ortus caeli eunt, sed mundi celeritate vic-
tae occidere videntur cum eo, quamvis cursum suum
peragant. Sol maximum sidus aetheris medii limite ig- 2
nescit, singulis diebus et noctibus peragit singulas par-
tes, signiferum pervadit ann*o*. Luna de sole flammatur,
ambit circuitu brevissimo terra*m* triginta diebus, adeo
vicina vertici terrae iunctaque ut in umbram eius inci-
dere soleat et videri deficere. eadem cum subiit solem
et substitit radiis, facit obscurationem, quae defectio so-
lis videtur. interim tamen cava paucioribus quam tri-
ginta diebus circulum suum transit. Saturni stella per 3
maximum ambitum fertur, ideoque tricenis mensibus sin-
gulis signis resistit, per triginta annos signiferum per-
transit, frigida et sterilis, infecunda terris, nascentibus non
salutaris, facit adversa diu*tu*rna nec subita. Iovis stella
in singulis signis anno manet, signiferum duodecim an-
nis evadit, salutaris et temperata et universis euntibus
prospera. Martis stella non eodem spatio signis singu- 4
lis haeret, sed signiferum novem fere annis pervagatur,
ignea intemperans et in adversis et in mortalibus subita,

1 et stantibus 8 annum 18 diurna et s. 19 annum

1 *et stantibus* DRg. 4 *exeunt* coni. Cauchius. 6 *limine* coni. Cauchius. *lumine* al. apud Manut. 8 *annum* DRg. *anno* corr. Cauchius. 9 *terrae* D (*e* in ras.) R. *fere* coni. Cauchius. 17 *sterelis* D. *terrae* coni. Cauch. 18 *diurna* DRg. *et sub.* Carrio. *iobis* D. 19 *anno* DRg. *annum* Carrio. 20 *euntibus* DRg. *eventibus* coni. Cauch. *existentibus* Nunnes. *entibus* Hildebr. ad Apul. I p. 173. II p. 42. 22 *novem* Alii referunt de binis annis Plin. II, 8, 6. Mart. Cap. VIII p. 299. 23 *mortibus* coni. Cauchius.

vel *ferit* repentinis morbis vel ferro perimit. Stellae
Mercurii et Veneris solem sequuntur, eademque spatia
custodiunt. Mercurii stella fit similis illi quam videt, Ve- 5
neris genitalis et roscida et prospera et salutaris. Luna
globum suum creditur habere, sed ignem a sole concipere et quantum percutitur ardescere. quantum igitur a sole discedit, augetur: cum vero contra stetit, toto feritur adverso et velut speculum non vim sed imaginem reddit. Hac universa gignentia crescente pubescunt, tenu-
escente tenuantur. humor etiam et spiritus omnis au- 6
gescit, tumescit oceanus, deinde cum ipsius fulgore considit. Diversi ergo caeli et vagant*ium* stellarum concursu quod temperatur utrimque deteritur et infra fluit, id excipit luna et soli tradit, quo et animalia vigescunt et humus quodammodo animatur genitali calore et ut ita dixerim vivo.

Plurimum in originibus valent quae in ortu sunt,
languent in occasu. Ortum facit stella quam sol prae- 7
terit, deinde stationem matutinam, cum a quinto loco solis steterit. in eodem manet signo donec ab eodem sole moveatur. Quae contraria est soli, mane occidit, oritur simul nocte et vocatur acron*ych*os, deinde rursus altero

3 stella Merc. 6 quando ig. 12 diverso 22 vocatur * deinde

1 *perit* DRg. *ferit* Carrio. 4 ***Luna* — *vel repugnantibus*** §. 9. Haec inveniuntur apud schol. German. p. 110 Buhl. ***lunam*** g. 6 *quando* g Carrio. 7 ***auget*** m, ***augere*** g. 9 ***pubescent*** D. ***et ten.*** g. ***tabescente*** coni. Hildebrand. ad Apul. II p. 89. 10 ***etiam*** om. m. ***et*** om. g. ***spir.*** Cf. Plin. II, 99, 102: ***Spiritus sidus lunam existimari.*** 11 ***fulgure*** m. 12 ***diverso*** Ds, ut voluit Cauch. ***universi*** m. ***vagantia*** DR, ***vagantium*** gs. 13 ***atque*** s pro ***utrimque.*** 14 ***excepit*** D. ***augescunt*** g. 15 ***et*** ante ***ut*** om. D. 16 ***vivifico*** coni. Cauch. 19 ***statione matutina*** s. 20 ***stete****rit* D. 21 ***quod contr.*** Rg. ***quando*** coni. Cauch. 22 ***vocatur acronicos acronicus*** DRp, ***voc. acronicos aronotus***

latere a quinto signo deprehensa postmeridianam stationem facit, donec ingresso sole idem signum sub radiis eius delitescat et in totum occidat.

Aspiciunt inter se stellae ex quinto signo, quod di- 8
citur trigonon, et habent maximam consensionem. item a quarto, quod dicitur tetragonon et centron vocatur, et in alterutrum maximum praestant effectum. item ex contrario, quod est septimum signum et diametron vocatur estque maxime adversum. Cetera dissident vel leviter aspiciunt, ut tertium quodque, quod dicitur hexagonon.

Signa tropica peregrinationibus praesunt et omnino 9
mobilibus, et in consiliis subinde variant atque permutant. biformia geminatione rerum omnium repetitionem significant et interim dilationem. solida vehementer et instanter efficiunt et ad exitum vel prospera vel adversa perducunt, sicut aspiciuntur a stellis vel faventibus vel repugnantibus.

Multum tamen refert, cuius quaeque stella domus, alienae an ipsius sit. Domus solis est leo, lunae cancer, 10
Mercurii virgo et gemini, Veneris libra et taurus, Martis scorpio et aries, Iovis sagittarius et piscis, Saturni capricornus et aquarius. Nocturnis originibus favent luna

6 centrum 8 sextum 10 adspiciuntur. Tertium quodque dic. 15 dilatione solida 19 domus sit, al. an ipsius

*acroni[t]us* g, *voc. chronicos* s. *acronychos* em. Salmasius exercc. Plin. p. 720, qui ita locum constitui iubet: *quae contr. est soli, eo in mare occidente oritur prima nocte et voc. acr.* 3 *delitescat et* D ras., *delitescens* s. 5 *cons.* συμπάθεια apud Gemin. el. astr. p. 5 sq. 6 *centroni* Rm, *tenteoni* g. Haec vix sana. 8 *sept[im]um* D, *septimum* Rgps. *sextum* Carrio. 9 *dissedent* D. 10 *quoque* g. *quod* om. R. 13 *mouilibus* DR. 15 *dilatione* DRg, *dilationem* s Cauchius. 20 *Dom.* Cf. Firmic. math. II, 2. *est* om. DR. 22 *io.ui* D ras.

Mars Venus, plus die possunt sol Saturnus Iuppiter, Mercurius varie et quomodo consensit aut visus est.

## IV. DE TERRA.

Terra media omnium rerum est, forma globosa. aquis cingitur, in aera prominet, excipit caelum. aquae omni vel *aeris* temperie quantum adficitur, ita quaecumque sustinet adficit et movet.

Poterat finem liber plenus omnibus necessariis iam 2
videri consecutus: sed cum et mundi dimensiones et plurima praeterea in universis rebus ratio geometrica inpleverit, pauca de numeris mensurisque dicemus.

## V. DE GEOMETRICA.

Geometrica est scientia dirigendi figuras, *et* numeros emetiendi cum suis resolutionibus. Numerus est congregatio singulorum finita semper et infinita natura.

## VI. DE FORMIS.

Nota est cuius pars nulla est, linea longitudo sine latitudine, lineae fines notae. Recta linea est quae su-

4 T. o. r. media est 5 aque 6 aeris *om.* 11 dicamus 12 geometria 13 geometria 18 lineae autem finis

5 *aquae* DR. unde post *vel* addendum putavi *aeris*, quod om. DRg. 10 *inpleverat* D. 11 *dicimus* DR, *dicemus* g Man. *dicamus* Carrio. 12 *Ex libro Censorino de geometrica* b. *geometriaca* D, *geometria* g. 13 *geometria* g. *digerendi* Rbg. *et* om. DRbg. fortasse excidit *arithmetica.* 14 *sui* R. 15 *et* suprascr. D. *natura de formis* continuo versu Rbg. Quae sequuntur translata sunt ex Euclide el. I, 1, quibuscum conferre iuvabit, quae leguntur in rei agr. auctt. vett. p. 316 sqq. Goes. aliter ex eodem translata, cl. Balbo ibid. p. 31 sqq. ubi haud pauca Euclidea inveniuntur, item Boethii versionem geom. I, 1. 17 *nata* R. *nata* supr. *vel natura* b. *linea* cf. Gell. I, 20, 8. 18 *lineae ac finis* DRb. *ac* repetitum videtur ex syllaba praecedente. *fines* corr. Cauchius. *rectae* R.

per se positis notis aequaliter posita *est*. Sum*mi*t*as* est quod longitudinem *et latitudinem* tantum habet. 2 summitatis fin*es* lineae su*nt*. Plana, quae dicitur epipedos, summitas est quae super se positis rectis lineis aequaliter posita est, vel quae suis finibus aequaliter posita est. Planus angulus est in planitie duarum linearum non e regione positarum ad unum signum contingens curvatio. Hae lineae quae angulum continent cum rectae s*u*nt, is angulus rectis lineis contineri dicitur. 3 Si recta linea supra rectam lineam stans continuos angulos inter se pares facit, t*u*m uterque ex paribus angulis rectus dicitur, et *e*a lin*e*a Graece *κάθετος*, Latine normalis dicitur. Rectus angulus est modicus et sibi congruens, hebes maior recto, acutus minor recto.

## VII. DE FIGURIS.

Figura est quae aliquo fine aut aliquibus finibus continetur. Circulus est figura plana una linea comprehensa, in qu*a*m † mediae omnes lineae inter se pares sunt.

1 aequabiliter posita et submissa est. Quod long. 2 et latitudinem *om*. 3 Finis lineae super plana, *ἐπίπεδος* 4 aequabiliter 5 aequabiliter 8 sint 12 norma 18 intra quem

1 *noctis* R. *posita et submissa est* DRb. Corr. Cauchius, Nunnes. *et summitas* habet g. 2 *quod* DRbg. *quae* Cauch. *et latitudinem* om. DRbg. Euclid.: *ἐπιφάνεια δέ ἐστιν ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει*. *Summitas* eadem significatione habet Balbus p. 32, ceteris est *superficies*. 3 *finis lineae super plana* DRbg (qui *est* addit). Corr. Cauch. *epipedos* DRbg. 5 *vel — est* om. g. 8 *haec* D. *sint* DRbg. *sunt* Manut. *his* Db. 10 *contiguos* Lachm. 11 *facit tantum uterque* DRbgm. 12 *et aliena Graece* DRbgm. 15 *de figuris* versu continuo R. 18 *in quem* DRbm, *inde quem* g. *media* D. Apparet, tale quid olim scriptum fuisse: *in quam a media nota immissae omnes lineae* etc. Euclid.: *κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἣ καλεῖται περιφέρεια, πρὸς ἣν ἀφ᾽ ἑνὸς σημείου*

centron est nota circuli medii. diametro*s* est recta linea 2
per centron *e*missa et in utramque partem secans circu-
lum. *h*emicycl*i*um est circuli dimidium. Eut*h*ygramm*oe*
formae sunt quae rectis lineis continentur. trigonum tri-
laterum, tetragonum quod quattuor, multilaterum quod
pluribus. Triangulum aequilaterum quod paribus trinis
lateribus concurrit. isosceles quod duo tantum latera pa-
ria habet. scalenon quod tria latera inaequalia habet. 3
orthogonum quod habet rectum angulum. am*bl*ygonium
quod habet *unum* angulum hebetem. oxygonium quod
omnes tres acutos angulos habet. Quadrilater*ar*um
formarum quadratum est quod omnia quattuor latera *pa-
ria* habet et angulos rectos. heteromeces quod angulos
*rectos* nec latera paria habet. scutula, id est r*h*ombos, 4
quod latera paria habet nec angulos rectos. simil*e* scu-
tulae, cuius contraria latera et contrarii anguli inter se

3 euthygrammoi 9 amphigonum 10 habet hinc inde ang. heb. oxygonon 11 acut. omn. tr. ang. quadrilaterum 12 paria *om.* 13 quod nec angulos 14 rectos *om.* 15 similes scut.

*τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.* 1 *ce$^{n}$tron* D. *diametron* DRbg. 2 *ce$^{n}$tron* D. *inmissa* DRbg. 3 *emicyclum* DRb, *hemiculum* g. *est* om. D. *eutygrammae* D, *entygramme* Rb, *eutiḡanime* g. 4 *quae* suprascr. D. 5 *tetragonum* om. D. 7 *concurrit* om. Rbg. *continetur* reposuit Cauchius. *ipsoseactos* R. 8 *scadaenon* D, *scadenon* R, *scaleon* g. 9 *amphygonium quod habet ide* (in ras.) *angulum habe$^{n}$tem* D, *ampigonium quod habet idem angulum habentem* Rb, *amphliponium quod habet idem angulum hebetem* gm. Corr. Nunnes. 10 *ochogonium* DR, *octogonum* m, *orthogonum* g, *oxigonium* b. 11 *quadrilaterum* DRbg. corr. Nunnes. 12 *paria* om. DRbg. add. Cauchius Nunnes. 13 *eteromeces* D. *nec*, quod edd. addunt, om. DRbgm. 14 *rectos* om. DRbg. add. Nunnes. *scutula* — *habet* om. g. *rumbos* DRb. 15 *similes scutulae* DRbg. corr. Nunnes. Graece *ῥομβοειδές*.

pares sunt, sed neque aequi*la*ter*um* neque rectis angulis est. trapezia cetera nominantur. Parallel*oe* lineae sunt quae in eadem planitie positae numquam inter se contingunt.

## VIII. DE POSTULATIS.

Postulata geometrarum sunt quinque. ut liceat ab omni signo ad omn*e* rectam lineam ducere. et omnem finitam rectam lineam e regione eicere. et omni *nota* et intervallo circulum scribere. et omnes rectos angulos inter se pares esse. et si in linea*s* *rectas* recta linea inmissa interiores angulos minores duo*bus* rectis fecerit, eiectas lineas concurrere.

Si paribus paria adiecta fuerint, omnia paria erunt; 2 et si paribus paria dempta. et quae eisdem paria sunt, et inter se paria sunt.

## IX. DE MUSICA.

Prior est musica inventione metrica. Cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus Hesiodus Pisander, hos

1 aequaliter nec undique aeque rectis 2 est *om.* parallelae sunt *om.* quae sunt in 6 omne signum 7 omni modo 9 in lineam recta linea 10 duos rectis pares fecerit 11 erectas 13 dempta, reliqua erunt paria; et 17 et hos

1 *aequaliter aut omneq*[v]*e rectis angulis est* Dg, *aequaliter aut oeque rectis angulis est* Rb. corr. Cauchius. 2 *trapedia* D, *rapedia* Rb. *paralle* DRb. *lynae* D ras. 3 *in eadeadem* D. *contigunt* D. 5 *geometriarum* R. 6 *ad omnem rectam* omisso *signum* DRbg. *liniam* D. 7 *ducere* p. *omni modo* DR, *omni nodo*[mo] b, *omni modo signo* g. *omni medio* coni. Nunnes. 8—10 *angulos—interiores* om. g. 9 *in lineam recta linea* DRb. corr. Nunnes. 10 *minores duos rectis pares fecerit* DRbg. corr. Nunnes. 13 *adempta* b. Potius *eidem*. 17 *Terpander* coni. Cauchius.

secuti elegiarii *C*allinus Mi*mn*er*mu*s Euenus, mox Archi-
lochus et Simonides trimetrum iambicum, chorium ca-
talecticum tetrametron composuerint, Archilochus etiam
comm*a*ta versibus adplicando variavit *e*po*d*is per pluri- 2
mas species, secuit Alc*m*an numeros † etiam minuit in car-
men. hinc poetice melice. *T*el*e*silla etiam Argiva minu-
tiores edidit numeros. quae species cum iam displiceret
et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adserta
est, qui † libros etiam numeros modis edidit. Hos secuti
musici Timotheus et Po*ly*idos et Hyperides et *Ph*illis et

1 Callimachus Euhemerus 3 composuerunt 4 variavit. Eupolis per 5 species secuit, Alcman in carmen hinc poetriae melicae; ac Telesilla 9 etiam libros innumeris modis hoc 10 Pondos Follis

1 *elegiaci* coni. Nic. Loensis epiph. X, 1. *Gallinus* DRg. *Callimachns* edd. vett. *Callinus* reponi iusserunt Nic. Loens. l. l. Nunnes. Vales. emend. IV, 14. Bentl. ad Callim. p. 439. *Minervus* DR, *mimus* g. *Mimnermus* edd. vett. *Eunectus* DR, *euectus* g, *Euhemerus* edd. vett. *Euenus* em. Nic. Loens. Nunnes. Vales. Bentl. *Archiloglius* R. 3 *composuerunt* Rg. 4 *commota* DRg. corr. edd. vett. *narravit* g. *ea* (in ras.) *potius* D, *ea potius* Rg. *Eupolis* edd. vett. *Ibycus* Vales. l. l. prob. Schneidewin. ad Ibyc. p. 78 sq. *epodis* Hermann. epit. doctr. metr. §. 571. *epodos* Nunnes. 5 *Alconan* DR, *aleman* g. Corr. edd. vett. *numertis* R. *et imminuit carmen* Lachmann. praeeunte Hermanno. 6 *poeticae* DR, *poetice* g. *melicae* ΑΤΑΗϹ *illa* D, *melicae* ΑΤΑΗϹ *illa* R, *mellice* ατα*ησ* illa g. *poetice melice* Nunnes. *Telesilla* corr. Leopard. emendd. III, 16. *at Telesilla* Carrio. 8 *diceretur* Rg. cf. Dion. Hal. de c. v. 19. 9 *libros* in ras. D. *innumeris modis* Carrio. *liberos* et *indidit* Lachmann. Totum h. l. ita legendum censet Hermann. epit. d. metr. §. 571: *Archilochus etiam commata versibus applicando variavit epodis: per plurimas species secuit Alcman numeros et imminuit: carmen hinc poeticae melicae: ac Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros: quae species cum iam displiceret et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adserta est, qui etiam liberis numeris modos edidit.* 10 *Pondos* DRg. *Hipponax* coni. Manut. *Terpandros* Nunnes. *Philoxenus* Nic. Loens. epiph. X, 2. *Connus* Schmidt. emendd. fortuit. p. 18. *Polyidus* Scaliger apud Burmann. ad Vales. em. p. 118. prob. Schneidewin. Gött. gel. Anz. 1844 p. 1385 sq. P o l y i d u s, poeta dithyrambicus (Tzetz.

clarissimus cum peritia tum eloquentia Aristoxenus. Modulati protinus cantus † nec tamen an non putes antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos, postque hos poetica valuit veluti legitima, musica licentior magisque modulata.

## X. DE RHYTHMO.

Rhythmus creditur dictus a Rythmonio Orphei filio et Idomenae nymphae *Is*maricae, ut tradit Nicocrat*e*s li-

2 an *om.* 4 post quos poet. 8 Idomoneae Maricae Nicostratus

